alligauit potentiā ſuam ſacramētis. Quicquid eni͂ pōt per media poſſet ꝑ ſe ſi vellet: loquendo de potentia ordinata: dico ꝙ ſi hoc eſt ſcdm̄ leges ordinatas a ſapiētia ſua. Si enim principia prima ſint nota ex terminis intellectus neceſſario aſſentit: ſ; nō ſic ſunt leges diuine note vt pluries vna lex ē ꝙ deus non equaliter oēs acceptat: vn̄ nunc ē lex ꝙ perſona in omnibus ſimiliter ſe habēs priusꝙ habet hūc habitum infuſum nō ē accepta: vnde deus prius reſpicit ꝑſonam deinde opera. Prius eni; reſpexit abel deinde opera. Idem enim actus poteſt eſſe de genere moris q̄tum ad oia que exteriꝰ poſſunt iudicari ab iſto approbato ⁊ ab iſto reprobato: ſcdm̄ ergo leges nunc poſitas neceſſe eſt ponere talem habitum infuſum. Nunc autē circa intentionem magiſtri pōt enim intelligi primo negaſſe omnem habitum infuſum preter fidē ⁊ ſpē ⁊ coaſſiſtentiam ſpiritus ſancti. Sed patet ex littera ſua ꝙ ſic intellexit. Scdo poſſet intelligi ꝙ ipſe poneret gratiā ſcdm̄ vnum actum dātem vitam ſpiritualem: tamen iſte actus nichil vltra facit ſed ſpiritus ſanctus imediate vltra mouet: ita ꝙ iſte actus vel habitus tātum dat eſſe ⁊ nullam opationem. Tertio modo pōt intelligi ipſum ponere ꝙ ſic concurrit ad actum ſcdm̄: ⁊ tunc ſpiritus ſanctus inclinat ad actum meritorium ꝑ eundem habitum per quē inhabitat: ⁊ tunc non diceretur ꝙ caritas non mouet: igitur gratia prius habet eſſe in nobis q̄ actus ſcds. vnde aliqui nouerunt deum ſicut philoſophi ⁊ non habēt gratiā. Alii non nouerunt deum ⁊ habent gratiā ſicut paruuli. Si ſcdo modo intellexit magiſter difficile eſt hoc intelligere. Si tertio mō non eſt alienum a fide catholica: qꝛ illo modo pono habitum infuſum. Sed dubium ē quid facit iſte habitus infuſus: quia non eſt aliquis acceptus niſi quia deus eum acceptat: igitur nulla forma creata hoc facit. ¶ Ad Aug. dico ꝙ nō intellexit niſi ꝙ ſapientia ē appropriata filioꝛ ſic caritas ſpiritui ſancto. Sed ſicut in intellectu ē ſapientia ſic in voluntate caritas. ⁊ cum queritur: aut intelligit Auguſt. in minori de dilectione formali ⁊c. dico ꝙ intellexit de dilectione formali neq; op; ꝙ dilectio accipitur eodē modo cum dicitur deus ē dilectio. Sed tenet ratio pro tāto ꝙ ē diligens dilectionem formalem magis diligit illam que ē dilectio per eſſentiam vel diligens dilectionem per ꝑticipationem magis diligit dilectionem primam: vnde oportet reducere rationem in duos ſillogiſmos ⁊ ī vno accipitur dilectio formalis ꝓ medio ⁊ ī alio dilectio per eſſentiam. Per idem p; ad illud loquēdo de cōnexione. ¶ Ad illud de dono dico ꝙ nullum donū creatum ꝑfectius ē q̄ iſta forma infuſa: quia perfecte non eſt amator niſi ꝙ habet in ſe formam qua; amat: ⁊ ideo iſti dicunt caritas mea ſicut de ſpe et fide. ¶ Ad aliud concedo ꝙ omnis creatura bona poteſt intelligi non intelligendo ꝙ ſit bona: et ſic poſſibile eſt abſtrahere: ſed non poteſt intelligi circūſcribēdo bonu; hoc ē ab oppoſito bonitatis ſic poteſt iſta caritas intelligi. Dicit eſt bona per participationem: ergo poteſt itelligi ſub oppoſito bonitatis. dico ꝙ non ſequitur: quia caritas iſta ē quedam participatio bonitatis ſicuti radius quedam participatio luminoſitatis ⁊ ſi per impoſſibile ſtaret radius abſq; corpore luminoſo a quo eſt adhuc haberet luminoſitatem. ¶ Ad aliud ꝙ diligimus deum tanta intēſione actus q̄to eſt diligibilis ex ratione obiecti: ſed ego non poſſum diligere eum infinite ex parte actus cum potentia ſit finita: ſed ex parte obiecti in infinitum ē diligibilis. ⁊ cum dicitur non poteſt eſſe actus eque intenſiuus: dico ꝙ poteſt reſpectu alterius quia peccator poteſt ita intenſe diligere actum peccandi: ⁊ illam dilectione; ꝙ ſi ita intenſe diligeret deum mereretur vitā eternam. ¶ Ad aliud ꝙ non perfectius pōt natura perfectior in ſuam operationem q̄ imperfectior in ſuam non plus hoc ē preciſius: qꝛ natura perfectior propter ſuam ꝑfectionem ordinatur ad aliquid ſuperius q̄ natura imꝑfectior quod ita difficile ē acquiri a maiori virtute ſicut aliquid īferius a maiori virtute ⁊ anima noſtra propter eius magnam perfectionem ad aliquid ordinatur ad qđ non poteſt attingere ex puris naturalibus: ⁊ tamen virtus inferior ad illud ad quod ipſa ordinatur pōt. ¶ Ad quattuor rationes prius factas contra iſtā viam. Ad primam cu; accipitur habitu conuenit vti vniformiter: dico ꝙ qui non eſt in peccato mortali: ſ; voluntas ſic vniformiter diſponitur ⁊ ſenſus exteriores cum aliis circūſtanciis: dico ꝙ ſemper eſt equalis dilectio. ⁊ cum dicitur aliquādo non ſentimus dilectionem: ideo cōcedo ꝙ poteſt eſſe equalis dilectio: et ſi non eq̄lis delectatio: immo poteſt eſſe ſumma dilectio que poteſt haberi in via cū modica delectatione cu; tantum habemus deum preſentem per creaturas. ¶ Ad aliud: habitus tribuit facilitatem: dico ꝙ verum ē habitus acquiſitus nō autem infuſus: qꝛ ille non generatur ex actibus. ¶ Ad aliud. cauſa prima pōt ſine ſcds conceſſum ē de potētia abſoluta: non tamen de potentia ordinata. ¶ Ad aliud. verbu; pōt eſſe operans ⁊ tamē nichil tollit ꝑſone humane: dico ꝙ verbum poteſt denoīari ab opationibus humanis: ſed nichil meruit natura humana vt diſtinguiꝛ contra naturam diuinam actibus illis vt erāt verbi vt actu creandi et aliis: ſic concedo. Si ſpiritus ſanctus aſſumeret ſibi naturam humanam poſſet denominari ⁊c. Sed operationes eius in q̄tu; diſtinguitur a natura humana nichil eſſent ad meritum nature humane. Ex his queſtionibus patet ꝙ ſpiritus ſanctus eſt caritas inhabitans nos: ⁊ tamē alia eſt caritas creata nobis infuſa.

Triplicit pōt itelligi opinio magiſtri de charitate.

¶ Queſtio. ii.

V Trum habēs caritatē creatā ꝑ ipſam formalr̄ ſit acceptꝰ deo ⁊ eiꝰ actꝰ. Qꝫ nō: Nichil aliud ē ꝑſonam eſſe acceptam deo q̄ deū acceptare ꝑſonam. Sed nichil creatum poteſt eſſe formalis ratio: qua deꝰ acceptat: qꝛ acceptare ē deo intrinſecū. ¶ Itē: illud non eſt formale quo aliquis

eſt acceptus ꝙ ſequitur acceptatū:ſed caritas iſta
ſequitur acceptionē dei:qꝛ prius natura acceptat
ꝛ deinde infunditur caritas. ¶ Item ex pte act⁹ ca
ritas non eſt forma actus:ergo nō eſt quo formali
ter actus eſt acceptus:qꝛ actus debet eſſe acceptus
formaliter ꝑ aliquid in eo. ¶ Item ſi ſic non poſſꝫ
ineſſe talis caritas niſi neceſſario acceptaret dan-
do vitā eternam ꝯ͛ns falſuꝫ:quia nō eſt neceſſe ꝙ
pro minori bono reddatur maius bonū ſecundum
iuſticiam diſtributiuā:ſed vita eterna eſt maius bo
num ꝛc. ¶ Oppoſitū ꝑ eſt eſt aliquid formaliter
tale ꝑ quod diſtinguitur a quolibet non tali:ſed ca
ritas eſt hmōi diuidit eni filios regni a filiis ꝑdi-
tionis ꝑ Aug.xv.de tri.c.viii. ¶ Itē ex parte act⁹
arguitur illud eſt quo formaliter reſpectu actus ꝗ
poſito eſt actus acceptus quo non poſito non ē ac
ceptus:ſed caritate illa poſita eſt aliq̄s dignus vi
ta eterna ꝛ ſine illa non:igitur ꝛc. ¶ Circa queſtio
nem primo ꝑmitto ꝙ volūtas diuina habet obie-
ctum primū puta eſſentiā:quia oīs potentia ope-
ratiua exigit obiectum primū:ꝛ nichil ī deo exigit
aliud a deo ꝛ ſicut intellectus diuinus oīa itelligit
ſic volūtas diuina oīa vult. Ex his ſequit̄ triplex
differētia. Prima eſt ꝙ ratio prima obiecti ē ꝑma
ratio volēdi ꝛ nichil niſi illud. Scḋo ſequit̄ ꝙ hoc
neceſſario volendū:quia non quādoqꝫ volendū ꝛ
quādoqꝫ non. ꝛ nichil aliud eſt neceſſario volendū
Tertio ſequitur ꝙ primū obiectum eſt obiectum
ex natura rei:ſed obiecta alia non:nec etiā obiiciū
tur vt in eſſe potētia in tēpore:ſed obiiciuntur ab
eterno vel qꝛ in eternitate apphēſa vt nichil nouū
vult. Ulterius diſtinguo triplicē acceptationē.eſt
eniꝫ q̄dā acceptatio reſpectu obiecti ſecūdi:ꝛ hoc
poteſt eſſe vt ſub ratione complacentie:ꝛ hec acce
ptatio eſt intra reſpectu cuiuſlibet poſſibilis:acce-
ptatione ei beneplaciti acceptat beatus omne poſ
ſibile. Scḋa acceptatio eſt volūtatis efficaciter ſi-
cut volūtate qua quis vult rē eē ī effectu ꝛ addit vl
tra primā acceptationem ſicut patet in nobis:mul
ta enim volo volūtate complacentie ad quorū eſſe
nolo cooperari:ꝛ illa voluntate que res ponit̄ in ef
fectu vult deus angelos malos ī actum ſubſtractū
peccato mortali. ¶ Tertia eſt acceptatio q̄ de⁹ or
dinat aliqḋ bonū ad vlterius bonū ſicut caritatē ad
premium vel ad beatitudinem:ꝛ ſic intelligo que-
ſtionem. ¶ Dico ergo ꝙ ſic intelligēdo queſtionē
ꝙ caritas iſta non eſt ratio elicitiua acceptationis
ſed volūtas diuina. Sed alia eſt ratio obiectiua ac
ceptationis prima ꝛ ſecūda:adhuc caritas illa nō
eſt prima ratio obiectiua neqꝫ vt in tēpore poſita
in eſſe:ſed vt in eternitate apprehēſa ꝛ nō vt ratio
ad quā neceſſario ſequitur act⁹:ſed vt ratio habili-
tans:qꝛ propter iſtā ſolam habilitatem non eſt ne
ceſſe deum tribuere vitaꝫ eternā. ¶ Sed poteſt cō
ſiderari voluntas diuina vt ſibi offerātur pricipia
practica non oīo neceſſaria ex terminis:ſcꝫ ꝙ iuſt⁹
finaliter ſit dignus vita eterna: illud eniꝫ princip
ium practicum non eſt neceſſarium ex terminis q̄a
deus poſſet feciſſe contrarium. Si enim angelus
vel homo ſteiſſet in ſtatu innocentie perpetuo iu-

Triplicit aliq̄d dr̄ acceptari a deo.

ſtus fuiſſet finaliter non tamen dignus vita eterna
Sed illud principium practicum eſt oblatum volū
tati in vlī:ꝛ poſtq̄ voluntas diuina acceptat illud
vlē extunc eſt principium practicum ꝛ non pōt de⁹
facere contrarium de potētia ordinata:in ſecundo
inſtanti offertur ſibi ſingulare ſub hoc vlī:ꝛ ſic il-
lud eſt acceptum ꝑ iuſticiam diuinaꝫ:ꝑ iuſticiam di
co in vniuerſali:ꝛ in hoc diſtinguitur iuſticia a iudi
cio:qꝛ iudicium eſt explere in ꝑticulari leges vles
de quibus eſt iuſticia in vniuerſali. Et ſic caritas ē
ratio in particulari:ꝛ per quem modum:dico ꝙ ſi-
cut habitus intellectualis includit in ſe obiectum
ſub rōne intelligibilis:ꝛ in ipſuꝫ inclinat. Sic habi
tus appetitiuus includit in ſe obiectum ſub ratione
diligibil' ꝛ inclinat ad obiectū diligibile. Sed dili-
gens aliquid ꝓpter ſe amore liberali non zeloſipo
vult illud diligi ab omnibus aliis potentibus illud
diligere. Sic deus diligens ſe libere ꝓpter ſe vult
ſe ſum diligi ab omnibus ꝛc. ¶ Exemplum ad hoc
eſt de pondere:centrum in ſpiritualibus eſt deus pō
dus amor:ſi ergo cētrum corporale ſi eſſet diligēs
ſe:diligeret omne diligens ſe:ꝛ grauitatem ꝛ mo-
tum ad cētrum:grauitatem diligeret inq̄tum eſſet
ratio formalis mouendi in ipſum:ſic eſt de deo.
¶ Item Aug. ad hoc ponit exemplum. viii. de tri.
c.iiii. Iuſticia eſt magna pulcritudo tamen quia eſt
quedam forma aſſimilās deo:ergo pulcritudo ſim
pliciter poteſt eſſe ratio diligendi ſimpliciter. De
actu declaratur idem:qꝛ caritas iſta eſt ratio acce-
ptandi actum:quia inclinat in actuꝫ non autem qꝛ
forma eius ſicut ē ex alia parte:ſed exemplum de
pulcritudine non ē ad hoc ſicut exemplum de pon
dere:quia ſi ſic quecunqꝫ pulcritudo que non tolle
ret caritatem inclinaret in actuꝫ acceptum ꝯ͛ns fal
ſum:quia poſſet eſſe ratio acceptādi actum indiffe-
renter ꝛ actum peccati venialis cum neuter actus
tollat caritatem. ¶ Ad rationem ad oppoſituꝫ cō
cedo ꝙ nichil aliud ē perſonam eſſe acceptā q̄ꝫ de-
um acceptare realiter. ꝛ vlterius concedo ꝙ nichil
in creaturis formaliter pōt eſſe ratio elicitiua qua
deus acceptat aliq̄d nec etiā ratio obiectiua ꝑma:
ſed ratio ſecūda obiectiua acceptaret vt eternalit̄
apprehenſa primo habitualiter:ꝛ poſtea de exiſtē
tia ſcḋm potentiam ordinatam:ꝛ ſic ē caritas crea
ta principium formale. ¶ Ad aliud ꝙ acceptatio
duplex eſt quedam ſcḋm quid ꝛ prima reſpectu ac
ceptatiōis ſimpliciter ſicut acceptatio ad accepta-
ri reſpectu peccatoris:ꝛ iſta precedit caritatem ali
quo modo. Sed aliqua ē ſimpliciter acceptatio et
illa non precedit caritatem. ¶ Ad aliud dico ꝙ nō
ſequitur non ē forma actus:ergo non eſt ratio acce
ptandi actum:ſed tantum ſequitur ꝙ non eſt ratio
acceptandi.

¶ Queſtio.iii.

TErtio q̄ritur: vtrū
caritas tota ꝑexiſtēs corrūpat̄
ꝛ aliq̄ noua nūero ꝑfectior idu
cat̄ i terio augmētabit̄. Et ſic:
qꝛ ſi ſi forma cēt ſubiectū trāſmu-
tatōis ꝯ͛ns falſū. Oppm̄.i.de ge
c.ii.

Opiõ go=defredi de itẽſiõe formaꝝ quaꝫ inſeqꝛ̃bur leus.

neratione opoꝛtet auctum manere. Dicitur ꝙ in omni intẽſione coꝛrũpitur foꝛma pꝛioꝛ:quia termini motus ſunt incõpoſſibiles. v. phiſicoꝝ:ergo nõ manent ſimul in eodẽ. ¶ Item confirmo hanc viam dupliciter. Pꝛimo ſic.cõſimili mõ ſe habẽt magis ⁊ minus in eadẽ ſicut magis ⁊ minus in diuerſis ſpeciebus. Sed ſpecies vna pfectioꝛ alia nõ habet in ſeipſa aliam ſpeciẽ cum addito:ſed eſt ſimplicioꝛ ea qꝛ in oĩbus foꝛmis ſimplicitas eſt perfectioꝛ. Scd̃o cõfirmo ſic. Simili mõ eſt magis ⁊ minus in accidẽtibus ſicut in ſubſtãtiis ſi ibi ſit maiꝰ et minꝰ:ſed ſubſtãtia pfecta eſt ſimplicioꝛ:ergo ſic in foꝛmis accidentibus:ergo intẽſioꝛ nõ habet minus intẽſam in ea ſed eſt ſimplicioꝛ illa. ¶ Contra iſtã viam poſſibile eſt deum augere caritatẽ in illo inſtãti in quo elicitur actꝰ meritoꝛius a caritate:q̃ro ergo a qua caritate elicitur ille actus non a caritate pcedente qꝛ iſta nõ eſt neqꝫ ab aucta quia iſta ſequiꝛ̃ actum oꝛdine nature. ¶ Dicitur ꝙ deus nõ põt reddere pꝛemium in illo inſtãti/cõtra/illud nõ vitat difficultatem qꝛ poſſibile eſt actum elicitum ab habitu moꝛali augere habitũ moꝛalem. Aut igitur ille actus eliciꝛ̃ ab habitu pꝛecedẽte vel ab habitu aucto.nõ a pꝛeexiſtẽte ille nõ eſt nec ab habitu generato qꝛ ille generatur ex actu. ¶ Itẽ ĩ actu intelligendi ſic fit cõuerſio ad fãtaſmata q̃ auget actum intelligendi ⁊ ſpeciem ⁊ habitũ ſi non eſt ſũme intenſus:q̃ro igitur a qua ſpecie vel a pꝛeexiſtẽte vel a ſequente. ¶ Itẽ aliqua volitio põt remittere intellectionẽ quia poteſt eam totaliter coꝛrũpere ⁊ non põt vbi aliqua intellectio ſit oſtendẽs voluntati obiectũ q̃ro quam intellectionem habꝫ intellectus in actu in illo inſtãti in quo volitio remittit intellectionẽ oſtẽdentẽ voluntati obiectum non habet intenſam intellectionem pꝛimã:quia illa tunc non eſt neqꝫ ſcd̃a eſt remiſſioꝛ qꝛ illa ſequitur. Item: aliq̃s actus poſterioꝛ põt intendere habitum ⁊ ſi non ſit intenſioꝛ quolibet pꝛioꝛe vel ſaltem immediate pꝛioꝛe:igitur non coꝛrũpit indiuiduum pꝛimũ generando nouum: qꝛ non poteſt generare indiuiduũ nouum niſi ſcd̃m pꝛopoꝛtionem virtutis ſue:igitur opꝫ ꝙ nunq̃ intendat habitum niſi ſit intenſioꝛ vel opoꝛtet ꝙ generet in ṽtute p̃cedentium ſimul cum eo manentium. ¶ Item:calidum coꝛrumpens frigidum pꝛius remittit q̃ coꝛrumpat:q̃ro igitur a quo generatur illud ſuppoſitum minus frigidum non põt dari a quo generetur per ſe niſi ponatur illa fuga de ſole vł de celo quia contrarium non generat contrarium per ſe. ¶ Itẽ Ex hac via ſequitur ꝙ nõ poteſt eſſe motus in qualitate ſcd̃m gradus foꝛme quia ſtatim cum recedit coꝛrumpitur totum indiuiduum:ergo pꝛeciſe ẽ motus ſcd̃m gradus mobilis ⁊ ſic eſſet motus continuus ⁊ tñ partes continuate ſcd̃m indiuiſibile:q̃a quero in quo eſt illa ſucceſſio vt in ſubiecto in nulla parte diuiſibili ipſiꝰ mobilis quia nulla pars ſimul alteratur:igitur opoꝛtet ꝙ in indiuiſibili:ergo punctus eſſet pꝛius calidus. ¶ Item ſequiꝛ̃ ꝙ omne calefactibile dum caleſit eſſet calidum ſcd̃m infinitos caloꝛes:quia nulla pars mobilis eſt in eodem gradu cum alio ⁊ q̃libet gradus facit indiuiduũ diſtinctum ⁊ ſunt infinite partes mobilis:ergo mobile dum caleſit eſſet calidum infinitis caloꝛibus ¶ Item:ratio ꝓ oppoſita pte nõ cogit quia p eãdem rõnem ſequitur ꝙ in augmẽtatione ſemp eẽt nouum ſubiectum:ita ꝙ q̃titas pꝛeexiſtẽs coꝛrumperetur:quia termini motus ſunt incõpoſſibiles.
¶ Item in rarefactione ſemp eſſet nouũ ſuppoſitũ ⁊ tunc ſequitur ꝙ p virtutem creatam poſſet nouum ſuppoſitũ accidẽtis generari naturaliter nullo exiſtente ſuppoſito:quia ſpecies vini in calice poſſit p agens naturale rarefieri ⁊ cõdenſari:⁊ ibi nullum eſt ſubiectum trãſmutationis:quia cum rarefacit generatur nouum ſuppoſitũ ⁊ nullum ſubiectum manet hic idem ſub vtroqꝫ terminoꝝ.
¶ Ideo dico ad q̃ſtionem ꝙ caritas p̃exiſtẽs ſimpliciter manet tota ſed coꝛrumpitur q̃tum ad eſſe in ſe ⁊ tota manet ⁊ eſt pars alterius:ſicut de q̃titate aucta nichil tollitur ſed alia additur. ¶ Ad rõnem doctoꝛis ꝯcedo ꝙ termini motus p ſe ſunt incompoſſibiles ⁊ p ſe termini ſũt pꝛiuatio ⁊ foꝛma vna foꝛma non eſt terminus a quo niſi per accidẽs ⁊ vt coniungitur termino a quo p ſe vt pꝛiuationi ſic eſt in cõpoſſibili termino ad quẽ ſed ſolum coniungitur pꝛiuationi vt hꝫ eſſe in ſe ⁊ nõ eſt alterius pars. ¶ Ad cõfirmationẽ dico ꝙ oppoſito mõ eſt in diuerſis ſpeciebꝰ ⁊ in eadẽ ſpecie:quia oꝛdo ſpecierum eſt eſſentialis:ſed oꝛdo indiuiduoꝝ in eadem ſpecie eſt materialis reſpectu eſſentie ſpecifice. ¶ Ad aliud dico ꝙ cõcludit oppoſitũ:quia philoſophus ſic negat motũ eſſe in ſubſtãtiis ſicut cõcedit eſſe in accidẽtibus ſed ſcd̃m gradus mobilis bñ poteſt eſſe motus in ſubſtãtiis:ergo aliter intelligit in accidẽtibus. ¶ Ad ſecũdũ pꝛincipale dico ꝙ non ſequitur ꝙ foꝛma eſt ſubiectum mutationis ſed ꝙ ſpecies habet eſſe in vno indiuiduo ⁊ iã in alio ⁊ tamen pꝛimum indiuiduum non eſt ſimpliciť coꝛruptum ſed eſt pa ſecũdi.

¶ Queſtio.iiii.

Quarto q̃ritur: vtrũ illud poſitiuum manens in augmentatione caritatis ſit tota eſſentia caritatis aucte:ita ꝙ nõ adueniat alia realitas: Oꝫ ſic: Pꝛobatio.viii. methaphiſice:ſpecies ſunt ſicut nũeri:ergo quocũqꝫ addito variaꝛ̃ ſpẽs Ad hoc ẽ poꝛphi.ď dĩa. ¶ Itẽ.viii.metha.dr̃:dĩa foꝛalis ẽ ſpecifica. ¶ Itẽ auctoꝛ.vi.pꝛĩcipioꝝ:foꝛma eſt in ſimplici eſſentia ⁊c. ¶ Itẽ:ſi eſt alia realitas in aucto q̃ fuit in pꝛĩcipio aut realitas ptinet ad ſpẽm vł nõ. Si ſic:ḡ pꝛĩa nõ ẽ ĩ ſpẽ:ſi nõ:ḡ ſcd̃a nõ ẽ ĩ ſpecie. ¶ Oppoſitũ Aug.vi.de tri.vii.ẽ mole magna ⁊c. Tenẽtes pꝛimã opinionẽ ĩ q̃ſtiõe p̃cedẽte dicũt ꝙ nõ ẽ alia ſucceſſio in eſſẽtia nec alia noua realitas ĩ termĩo q̃ nõ ẽ in pꝛĩcipio. ¶ Cõtra contraria in ſummo ſunt incompoſſibilia realiter ſed non in eſſe remiſſo quia ꝙ partim in termino a quo ⁊c.ergo aliquid reale eſt in ipſis intenſis.

Qꝫ non in ipſis remiſſis quia non ſunt aliqua incõpoſſibilia formaliter niſi ꝓpter aliquid quod eſt iñtra ipſa neqꝫ valet dicere ꝙ ſunt incõpoſſibilia in compatione ad ſubiectũ/ qꝛ ex hoc ſunt incõpoſſibilia ſimul in eodẽ ſubiecto. ¶ Itẽ impoſſibile eſt idem numero bis ꝓduci etiam incõpoſſibile eſt ꝙ ſit motus realis ⁊ non ad terminum realiter ſequitur: igitur ſecũda pars motus ille eſt motus realiꝭ ergo aliqd reale inducit ⁊ non illud quod p̃fuit: qꝛ ſic idem bis produceretꝭ. ergo aliud reale. ¶ Item quia formis eſt talis ideo habẽs eam habet eã taliter ⁊ eſt tale ſecũdum eã: ergo ĩpoſſibile eſt ꝙ hoc ſuppoſitũ dicatur magis album vel ſecundum aliã formam ⁊ non hebeat illã formam magis: ſed hoc ſuppoſitum eſt magis album q̃ illud: neqꝫ valet dicere de diſpoſitione: quia illa diſpoſitio aut ẽ eiuſdem eſſentie cum forma: ⁊ tunc habetur ꝓpoſitũ aut nõ eſt eiuſdem rationis: ⁊ tunc non põt motus eſſe immediate a forma vni⁹ ſpeciei ad formã immediatam alterius. Nec valet iſta opinio de amotiõe ꝯtrarii: quia in angelis in ſtatu innocẽtie nec in hominibus fuit diſpoſitio ꝯtraria gratie vel caritati: ⁊ vnus plus habuiſſet q̃ alius. Nec valet iſta opĩo de radicatione qꝛ non magis eſt forma cẽtum annorum forma q̃ forma vnius diei vel rubor q̃ eſt paſſio cito tranſiens põt eſſe intenſior q̃ habitus naturalis. ¶ Dico ergo ad q̃ſtionem propter tres primas rationes ꝙ iſta caritas manẽs non eſt tota realitas caritatis aucte: ſed ſi eſſet in ſuppoſito eſſet pars ſicut de q̃titate mobilis. ¶ Ad primã rationem dico ꝙ ph̃us loquitur. viii. de formis ſicut plato loquebaꝭ ſcd̃m quidditatem: ⁊ nulla quidditas ſuſcipit magis ⁊ minus: quia abſtrahit ſecũdũ ſe ab indiuiduis: ⁊ ſic quicquid aduenit facit ſpeciem aliã vel de non ſpecie ſpeciẽ ſicut differẽtia adueniens ſibi nõ ſic autem ꝙ aduenit quidditati indiuiduo: illo modo quo ibi eſt q̃ddditas. ¶ Ad porphirium pꝫ per idem. Si enim vnitati internario adueniat aliquid materiale ꝙ nõ eſſet vnitas q̃tũ cunqꝫ illud intẽderetur non reſultaret quaternarius. ¶ Ad decimo methaphiſice dico ꝙ nõ omnis differentia formarũ eſt differentia formalis: ⁊ philoſoph⁹ intelligit ibi ꝙ ſi ſit formalis variat ſpeciẽ ſed non oportet ꝙ differẽtia formarũ. Ad auctorẽ vi. p̃ncipiorum cõcedo ꝙ forma ẽ ſimplex ſicut ipſe ꝓbat eã eſſe ſimplicem pura magnitudinorum molis dicit enim aduenĩes alicui non facit magis.

¶ Ad ſecundum dico ꝙ pertinere ad ſpeciem eſt dupliciter vel ſicut partes eſſentiales ſicut animal ⁊ rationalis reſpectu hominis vel ſicut partes ſubiectiue vt ſortes ⁊ plato. Primo modo dico ꝙ iſta realitas adueniens non pertinet ſicut pars eſſentialis ⁊ tunc non ſequitur: igitur non eſt in ſpecie. Secundo modo ꝑtinet ad ſpeciem quia eſt contẽtum in ſpecie ſicut pars ſubiectiua: ⁊ tunc non ſeq̃tur: igitur prima realitas non eſt in ſpecie.

¶ Queſtio. v.

Quinto queritur: vtrũ caritas augeaꝭ ꝑ abſtractionẽ ꝑtis de po-

tẽtia ad actũ. Qꝫ ſic: qꝛ ſuppoſitũ exit de potẽtia ĩ actũ ⁊ non ſcd̃m totam caritatẽ. ¶ Itẽ caritas intendiꝭ: igitur mutaꝭ ⁊ non tota: igitur pars. ¶ Itẽ Si caritas capit eſſe nouũ: igitur ibi alia generaꝭ quia cũ omni mutatione eſt aliqua generatio: igiꝭ eſt alicuius ꝯpoſiti illud compoſitũ non eſt ex aĩa ⁊ caritate: quia ſi ſic caritas non eſſet: ergo eſt ex ꝑte p̃exiſtente. ¶ Oppoſitũ: ſi ſic aut extrahiꝭ de potẽtia ſubiecti: vel de potẽtia ꝑtis p̃ecxiſtentis. Non primo mõ: quia tunc forma eſſet naturalis in dicta. Non ſcd̃o modo: quia pars preexiſtens ⁊ indicta ſunt eiuſdẽ rõnis: igiꝭ vna non extrahitur ab alia ſicut de potentia. ¶ Itẽ Boetius de tri. Simplex ſubiectũ eſſe non põt dicit vnus doctor ꝙ virtus infuſa augmẽtabilis ẽ ꝓpter latitudinẽ forme in eſſentia: ⁊ eſt in minori q̃titate eſt in potẽtia ad maiorem: ſed non ꝑ appoſitionem alicuius eiuſdẽ nature qꝛ tepidum additũ equaliter tepido non facit magis tepidũ: ergo opꝫ ꝙ per abſtractionem faciat augmẽtum ⁊ non ſolũ in virtute forme: ſed in ſubſtãtia forme. ¶ Ad rõnem dicit ꝙ habit⁹ nõ eſt in potẽtia ſubiecti: ſed in natura eſſentie ſue vel forme ex hoc patet ꝙ pars eſt in potentia: qꝛ caritas habet latitudinẽ ⁊ eſt in potentia vt ſit in hoc gradu ⁊ in illo gradu hoc dicit ꝙ facit augmentũ vt ſubſtãtia caritatis. ¶ Ex his arguo ſic. Pars extrahiꝭ de potẽtia aut igitur aliquid nouũ acquiritur vel non: ſed non nichil extrahiꝭ ſi ſic: igiꝭ cũ non poſſit eſſe preciſe q̃ prefuit quia tunc non eſſet noua: igiꝭ eſt alia ſubſtãtialitas. Sed hoc non tenet ſic/ quia habitus ab eodẽ generantur ⁊ intendũtur. ii. ethicorum. Sed primo habitus ille generaꝭ ꝑ creationem: ergo ſic intẽditur non igitur abſtrahitur de potẽtia. Vꝫ ꝙ abſtractio eſt partis virtualis. ¶ Cõtra ibi eſt actio realis. Quero igiꝭ ad q̃d terminaꝭ ſi ad preexiſtens: igitur idẽ bis ꝓducitur ſi ad aliud realiꝭ aut ergo eiuſdẽ rationis aut alterius ſequitur ꝙ caritas ꝯponeretur ex ꝑtibus diuerſarum rõnum realiter autẽ ſunt partes eiuſdꝫ rationis ꝙ negat minorẽ. Ideo melius dicitur apponi q̃ extrahi: ita ꝙ caritas augmẽteꝭ per appoſitionẽ ꝑtium eiuſdem ratiõis quod ꝯcedo. ¶ Ad rationẽ primam ꝯcedo ꝙ aĩa mutatur non tamen forma caritatis niſi ſcd̃m ꝙ eſt nunc in vno gradu ⁊ iã in alio ⁊ non ſequiꝭ ſuppoſitũ exit de potẽtia ad actũ: ergo forma educitur de potentia qꝛ equaliꝭ educiꝭ ſubiectũ de potẽtia ſubiectiua ad actũ ſiue forma induciꝭ per creationem ſiue materialiter qꝛ ſubiectum poteſt mutari ꝑ hoc ꝙ forma induciꝭ per creationem. ¶ Ad aliud dico ꝙ non ſequiꝭ forma augetur: ergo mutaꝭ/ qꝛ augeri accipiꝭ ibi methaphorice ſicut methaphorice diciꝭ ꝙ q̃titas augetur. Sed ꝓprie habẽs illam augmentetur vnde ſcd̃m Augu. ꝑficit ſed habens eam ſecundũ ipſam ⁊ ſubiectum augetur ſcd̃m caritatem: ꝯcedo tamẽ ꝙ caritas intẽditur ꝓprie. ¶ Ad aliud: Si eſt ibi mutatio: igitur aliqua generatio ꝯcedo ꝙ gñatio illi⁹ toti⁹ ſcꝫ aĩa cara deo gñaꝭ ⁊ cũ diciꝭ ergo non eſt ibi creatio dico ꝙ ſic: quia creatur gratia ĩ p̃mo inſtanti nature: ⁊ in ſecundo eſt mutatio aĩe care

quia tunc eſt infuſio gratie: vnde de intellectiua ve-
re poſſet dici q̄ homo ꝓprie generat hominem.
Si intellectiua preexiſteret ⁊ generans tantum cō-
iungeret eam corpori ſicut patebit poſterius.

Queſtio.vi.

SExto queritur: vtꝝ
caritas augeatur p̱ appoſitionē
gradus in eſſentia. Et nō: q̄ gra
dus non eſt aliud ab eſſentia. Igi
tur ſi mutatur ſecūdum gradum
mutatur ſcḋm eſſentiā ⁊ p̱ conſe-
quens eſſentia nō manet. ¶ Itē
iiii. phiſicorū. c. de vacuo rarefactio fit per hoc q̄
ſuppoſitum eſt in potētia vtrumq̄ꝫ contrariorū et
non p̱ hoc q̄ aduenit aliquid nouum: igitur a mul
to fortiori ſic erit i augmētatione v̄tuali. ¶ Item:
Simile in forma appoſitum ſimili non auget ſicut
patet de tepido: igitur nūq̄ augetur caritas niſi in
duplum. ¶ Item: Idem nō additur ſibi quero er-
go q̄ diſtinctio eſt inter primū gradum ⁊ ſecūdum
non ſpecifica certū eſt non numeralis q̄a illa eſt a
ſubiectis. v. methaphiſice: quia alia materia ⁊c.
¶ Oppoſitum Aug. xv. de tri. c. xxvi. bis dabatur
ſpiritus ſanctus: ergo bis caritas ⁊ nō receſſit pri-
or: ergo ⁊c. ¶ Item omelia. xxiiii. ꝓmittit̄ vt ple-
nius habeatur. ¶ Item: Eccleſia orat gratiā infū-
di ⁊ nō in vanū. Supponēdū eſt q̄ eccleſia nō fit ſi
ne caritate: ergo additur grad⁹ gradui. ¶ Dico ad
queſtionem q̄ augmētatur caritas p̱ infuſionē gra
dus vl' p̱tis in eſſentia ad p̱tem p̄exiſtentem: q̄ ſi
augetur ⁊ nō corrumpitur preexiſtēs vt probatuꝫ
eſt p̄ria q̄ſtione neq̄ꝫ preexiſtēs eſt tota realitas vt
ꝓbatum eſt: ſecūda neq̄ꝫ aduenit realitas p̱ extra-
ctionem vt ꝓbatū eſt: tertia ergo p̱ appoſitionem
gradus ad gradum in eſſentia. ¶ Itē arguo p̱ rōnē
contra omnes opiniones opꝫ q̄ deus agat realit̄
in infuſione caritatis: ad q̄d ergo terminatur non
ad p̄cedens: ergo ad gradum / ſed prim⁹ grad⁹ ma
net: ergo additur grad⁹ gradui. Sed duo dubia oc
currunt. Primum eſt quomodo poteſt grad⁹ equa-
Duo du- lis augmentare ſicut tepidū additum tepido. Se-
bia circa cundo quomodo ex his poteſt fieri vnū. De primo
aug. cari. ph̄us. viii. phiſicoꝝ. vult q̄ oīs potentia in magni-
tudine maior eſt in maiori ⁊ maiorem efficaciā ha-
bet: igit̄ ſimilis rō eſt q̄tū ad duo agentia cōtigua:
quia duo ignes equalis v̄tutis intenſius ⁊ citius
agunt incōbuſtibile q̄ vnus ignis p̱ ſe: ergo ſi vir-
tus vnius ignis poſſet eſſe in alio igne ſubſtracta
materia intenſior eſſet ⁊ efficacior q̄ ſit nūc i vno
igne p̱ ſe. ¶ Itē Aug. li. de tri. xii. c. Oīs forma ſpe
cifica p̱fectior eſt in diuerſis indiuiduis q̄ i vno: ⁊
ideo in diuinis non ē differētia ſpecifica q̄ nō ē p̱-
fectior in trib⁹ p̱ſonis q̄ i vna: ita q̄ ſi forma vnius
indiuidui eēt i alio īdiuiduo p̄ret materiā ſuā indi-
uiduū eſſet p̱fecti⁹ q̄ nūc eſt. ¶ Exēpla ad hoc ſūt
Vide. duo. Primū eſt de duob⁹ luminib⁹ mediū eſt mag̃
illuminatum p̱ duo lumina equalia q̄ per vnum p̱
ſe. Secundum eſt de ponderoſitate: quia ſi duorū
ponderoſitas eſſet in vno intenſior eſſet q̄ ſi alte-
ra eorum eſſet per ſe. Patet igitur q̄ gradus ſecū
dus caritatis poteſt intendere caritatē: licet ſit eq̄-
lis vel minor priore. De ſecundo dubio ex duobus
non fit vnum niſi vnum ſit potentia alteriꝫ actus
vii. methaphiſice. Etiam illi gradus ſunt ſuppoſi-
ta diſtincta: ergo ex his non fit vnum. Dicitur q̄
prior eſt iperfectior ⁊ ideo eſt in potentia reſpectu
poſterioris. Poſterior enim eſt complemētum cō-
tra gradus ⁊ gradus non ſunt accidētis forme: q̄a
non dicitur gradus niſi natura ſcḋm q̄ adhuc ſecū
dum alium gradū ineſt: oportet ergo aliquid termi
nare actionem creāns cum auget̄ caritas q̄ termi
nās ſi eſſet in alio ſuppoſito eēt caritas diminuta
⁊ cum alio ꝯfirmat caritatem intēſam ⁊ nō opor-
tet q̄ illud q̄ aduenit ſemper ſit perfectius vel eq̄-
le: quia ſic ſemp̱ augmentaretur in duplum: igitur
non eſt actus reſpectu gradus prioris nec etiā cō-
plementum. Ideo dico q̄ ſicut i q̄tis q̄titate mo-
lis tota q̄titas de ſe eſt vna: ⁊ tñ habet partes euſ
dem rōnis. Sic partes de ſe ſunt vne ⁊ ꝯſtituūt to
tum vnigeneum non quia vna eſt actus ⁊ alia po-
tentia: ſed quia ſub alia parte q̄titatis ē alia pars
ſubſtātie: aliter enim q̄libet pars ſubſtātialis eque
eſſet in qualibet p̱te tota ſicut eſt intellectiua ⁊ ma
teria ſimiliter. Sed ſubſtātia prius habet eſſe na-
turaliter ſua q̄titate recepta: ergo p̄mittitur ſuſce
ptiuum vnum virtuale ante q̄titatem ⁊ habet de
ſe vnitatem partiuꝫ vnigeneitatis: ⁊ hoc vniuerſa
liter in omnib⁹ vnigeneis: quia quelibet vnigenei-
tas nata eſt eſſe i vno indiuiduo q̄tū eſt de ſe ⁊ oīa
indiuidua vnigenea de ſe nata ſunt eſſe vnū indiui
duum. ¶ Ad rōnem dico q̄ non poteſt fieri ꝯpoſi-
tum ex p̱tibus eſſentialibus ſicut loquitur philoſo
phus niſi alterū ſit actus ⁊ alteꝝ potētia: ſed q̄ ſi
at vnum vnigeneū ex duob⁹ eiuſdem rationis li-
cet neutrū ſit potētia reſpectu alterius non eſt in-
conueniens: q̄ iſta vnitas vnigeneitatis eſt prior
q̄ ꝯpoſitio ex mat̄ia ⁊ forma: q̄ fctā reſolutiōe cō-
poſiti in materiam ⁊ formam vtrūq̄ꝫ extremū ha
bet hanc compoſitionem ſcꝫ vnigeneitatis quia tā
materia q̄ forma habet p̱tes eiuſdem rationis ex
ſe formaliter. ¶ Ad rationem in oppoſitum cū di
citur iſte gradus eſt in eſſentia. ¶ Dico q̄ eſſentia
poteſt accipi pro quidditate: ſed ſic nullus gradus
indiuiſibilis eſt in eſſentia niſi accipiēdo in ꝓ ſub
Sic puta ꝓ eſſentia in indiuiduo nō eſt aliud a na
tura ſpecifica in iſta ⁊ ſic in eſſentia auget̄ ⁊ non ſe
quitur q̄ mutatur in eſſentia i abſolute: ſed ſolū vñ
ſecundū eſſentiā vel īdiuiduis fit mutatio: ⁊ tamē
manet q̄ prefuit: ¶ Ad aliud de vacuo dico q̄ q̄ñ
fit magis calidum de min⁹ calido nulla p̱s fit nūc
calida q̄ prius non fuit calida. Sed de minus cali-
do fit magis: ⁊ ſic fit appoſitio gradus ad gradum
cum augetur caritas. Nō eniꝫ eſſet alia caritas au
cta ſi adueniret alia aīa cum alia caritate: q̄ nec
aduenīēs nec precedens. Et q̄ plus eſt ph̄s cōce-
dit q̄ magnū ⁊ puū q̄ ꝯſequūt̄ rarefactionē ⁊ ꝯdē
ſationē ſūt ibi abſq̄ꝫ hoc q̄ alia materia adueniat
vel etiā corrumpat̄: ergo oēs p̱tes ſubē ſūt manē-
tes eedē, non tamē per q̄titatem: ſed cum maiori

ꝗtitate ⁊ minori:igitur multo forti⁹:ita exiſtēs nō
eſt ꝗtitas molis:ſꝫ virtutis. ¶ Ad aliō dico ꝙ hmōi
forme intendunt̄ ꝑ equale aduenieno ⁊ ꝑ mīm⁹ ſi=
cut pꝫ de tepido ſi adueniret tepido abſqꝫ ſua ma=
teria ⁊ eſſet ī codeꝫ formaliter ſimiliter de minima
caliditate ꝗ poteſt exire ꝑ ſe adhuc ſi mior aduēīret
poſſet augeri:qꝛ nō eſt dare in exiſtentē. ¶ Ad aliō
dico ꝙ grad⁹ oppoſit⁹ non diſtinguit̄ ſpē ⁊ ſi capia
tur in illo priori in ꝗ creatur. Sic alia ab illa que ē ī
ſecūdo inſtanti nature in quo īfundit̄ ⁊ fit vnum ex
illa ⁊ ex preexiſtente. ¶ Dico ꝙ nō eſt alia difficul=
tas niſi quomodo due aque diuiſe adinuicem con=
tīcte faciunt vnum ſuppoſitū. idō dico ꝙ non eſt per
hoc/qꝛ vna eſt in actu ⁊ alia in potētia. Sed ſicut
ptes homogenee ꝯiūgūtur ſicut pri⁹ ſeipſis erāt di=
ſtincte nunc ſeipſis ſunt vnum non eſt eodem quo di
ſtiguitur ſūt vnū ſicut ponitur de ꝗtitate ꝙ hec ſeip
ſa eſt alia ab illa. ¶ Queſtio. vii.

Queritur ſeptio vtꝝ
caritas poſſit diminui. Qꝫ ſic.
contraria nata ſunt fieri circa
idem:ſed caritas poteſt augeri
ergo ⁊ minui. ¶ Item: poteſt
minui per peccatum veniale:qꝛ
eſt aliqd malum. Omne maluꝫ
adimit aliqd bonum ꝑ Aug. in encheridion:igit̄ ve
niale adimit aliqd de caritate. ¶ Item: pctm̄ mor=
tale corrūpit. ergo veniale minuit/qꝛ vtraqꝫ ē ma=
teria formaliter ſi mai⁹ poteſt corrumpere min⁹ po
teſt diminuere. ¶ Item: peccatum mortale poteſt
diminuere caritatem ꝓbatio qꝛ diligere deū ſupra
creaturam auget caritatem diligere creaturam ſu=
pra deum corrumpit caritatem:igitur diligere cari
tatem equaliter cum deo minuit caritatem. ¶ Op
poſitū. Aug. lxxxiii. q.q. xxxi. ad cuius bonitatem
eſt ꝗcquid eſt ad eum non ſpectat diminutio dicit
vn⁹ doctor ꝙ caritas poteſt minui. quia ſecundum
Auguſtinum. xxxiii. q.q. xxxvj. Venenum chari=
tatis eſt cupiditas. ergo econtrario perfectio cu=
piditatis eſt diminutio charitatis. ¶ Item: ha=
bens caritatem equalem eſt carus deo:igitur ſi pec
catum veniale non minuit caritatem ſi duo habeāt
equalem caritatem ⁊ vnus peccat venialiter alius
non vterqꝫ eſt eque carus deo conſequens eſt falſū
qꝛ vnum punit alium non. ¶ Item ſi veniale nō di
minueret caritatem non impediret infuſionem ca=
ritatis conſequens falſum/qꝛ vel caritas nō īfundi
tur in habentē pctm̄ veniale vel ſi infundit̄ min⁹ in
tenſe infunditur ꝗ ſi non haberet modus quo pec=
catum veniale minuit caritatē declarat̄ cupiditas
mortalis corrumpit caritatem:ſꝫ cupiditas venia=
lis ſic poteſt creſcere:ꝙ ita erit intenſa ꝙ vel neceſ=
ſe eſt ꝙ homo vtatur caritate ⁊ tunc diminuit cupi
ditatem: ⁊ ſi exit in actum ſecundum cupiditatem
illam intenſam corrūpitur caritas ⁊ ſic peccat mor
taliter. ¶ Contra. Si ponatur cupiditas intenſiſſi
ma que poteſt manere cum caritate vel neceſſe erit
hominem nichil agere aut ſecundum totum cona=
tum aut peccare mortaliter quodlibet iſtorum ē in=

p

conueniens propter libertatem voluntatis. ¶ Itē
cū cupiditate iſta intenſiſſima veniali ſtat caritas.
ergo cū actu elicito:qꝛ effectus nō excedit cauſam.
¶ Item: pone quod aliquis habeat minimam cari
tatem ⁊ committat peccatum veniale/ſi illō veniale
aliquid diminuat corrūpit caritateꝫ. ꝗ vnum pecca
tum veniale poteſt eſſe cā dampnationis. ¶ Dico
ad queſtionem ꝙ poteſt queri de potentia ex parte
caritatis vel ex parte ſuppoſiti. Primo modo. dico
ꝙ caritas poteſt minui ſicut vna pars ꝗtitatiua pre
cedit ſic poſſit illa manere alia corrupta ex eodem
ſequitur ꝙ poſſet minui ꝗtum eſt ex parte ſubiecti
Si queratur de comparatione ad cauſam corrum=
pentem illa non poſſꝫ eſſe niſi ſolus deus. qꝛ ꝙ per
ſolā creationem capit eſſe per adnichilationem ca
pit non eſſe ſed ſicut omnis creatura aliquid p̄ſup=
ponit actioni ſic aliquid derelinqt poſt corruptio=
nem. ¶ Item Aug. viii. ſuper Geñ. non eſt anima
facta ꝗta ſed fit ſicut erat aer lucidus. ergo nō pt eē
cauſa non eē caritatis niſi deus retrahendo cōſer=
uationem. ¶ Dico ergo deus de potentia abſoluta
poteſt minuere caritatem/qꝛ non claudit cōtradi=
ctionem. Sed de potētia ordinata nō ſecundum le
ges nunc poſitas/qꝛ nūꝗ auſert magis bonum ꝓ
minori demerito. Sed omne peccatum veniale eſt
minus malum ꝗ auferre caritatem. Sed peccatuꝫ
mortale eſt magis malum: ⁊ ideo tūc de⁹ ſubtrahit
conſeruationem ⁊ vniuerſaliter ſicut deus premiat
vltra condignum ſic punit citra. Sed poteſt ne fer
uor caritatis minui ⁊ apparet experimēto ꝙ ſic di
citur ꝙ caritas cauſat in voluntate feruorem aliuꝫ
accidentalem ⁊ iſte poteſt minui:ſed eſſentialis nō
¶ Contra illud calor naturalis eſt ita īformans et
non cauſat alium calorem ſimul inherentem nec ēt
albedo in ſuperficie aliam albedinem ſic nec calor
ſpiritualis vt caritas. ideo dico ꝙ feruor ꝗ diminui
tur eſt charitas vt eſt principium faciliter operan=
di et ꝙ huiuſmodi feruor diminuitur poteſt eſſe pro
pter habitum quodammodo magnum/ qꝛ volun=
tas poteſt contra inclinationem caritatis: et tan=
dem quodammodo habeat habitum magnum in
clinantem in oppoſitum ⁊ hoc aliquando ex pec=
catis venialibus ⁊ aliqñ ex omiſſione eoꝝ ad ꝗ hō
non tenet̄ efficitur homo tepidior qꝛ ex frequenter
operari efficit̄ habitus faciliter operandi ⁊ deſtrui
tur/qꝛ voluntas ſecundum ſe eſt habituabilis ad ſu
ſcipiendum habitum quo poteſt faciliter operari ⁊
iſte habitus poteſt aliquando cauſari ex actibus nō
meritoriis ⁊ aliquando ex actibus meritoriis qꝛ ex
quo habitus pōt induci ex actibus ſine caritate. ꝗ
ſi actus eſt a caritate nō min⁹ poſſunt effectiue cau
ſare talē habitum in voluntate ⁊ hec eſt cauſa qua
re non poteſt homo ſcire. Si eſt in caritate vel ī pec
cato mortali:qꝛ ita faciliter poteſt exiſtēs in pecca
to mortali elicere actus bonos de genere ex natu=
ralibus ⁊ ex habitu acquiſito ſicut vnus alius ex hi
tu infuſo ⁊ aliquando facilius. ¶ Ad primum argu
mentum concedo ꝙ contraria nata ſunt fieri circa
idem abſolute ꝗtum ē ex pte et hoc conceſſum eſt
in poſitione. ¶ Ad aliud dico ꝙ pctm̄ veniale non

Vide quō feruor caritatis diminuitur.

Vn̄ nō pt hō ſcire ſe eē ī chari.

adimit bonū qḋ eſt actus primus:ſ3 tm̄ ꝙ eſt i actu
ſecundo non ꝙ infuit.ſed ꝙ natum eſt infuiſſe et de
buit infuiſſe actui ſecundo ſi non peccaſſet. ¶ Ad
aliud concedo ꝙ maius ꝛ minus in eodem genere
ſic ſe habent ꝙ ſi maius corrumpat minus poteſt
diminuere ſi ſunt in eodem genere ſecundum illud
ſecundum ꝙ agunt:ſed ſic non ſunt mortale et veni
ale inq̄tum mortale corrumpit. ¶ Ad aliud di=
co:ꝙ ſicut corrumpitur caritas diligendo creatu=
ram ſupra deum ſic diligendo equalem. ¶ Ad
ſecundum pro alia parte de veneno dico ꝙ pfectio
cupiditatis venialis non diminuit caritatē ſ3 econ
tra nec tenet illud niſi vbi eſt actio ꝑ proprias ratio
nes contrariorum ſic nec hic:ſed tm̄ ꝙ deus ceſſat
conſeruare ¶ Ad aliud dico ꝙ caritate manente e=
quali eque carus eſt deo ille cum peccato venia=
li ſicut alius / ꝛ cū dicitur non eque acceptat q̄ vult
punire ſicut aliū negatur imo multo plus pōt acce=
ptare ꝛ non erit ille magis glorioſus qui citiꝰ euolat
Sic enī inocentes eſſēt maxime glorioſi qui tamē
minꝰ ſunt glorioſi in celo:etiam pater filium quem
plus diligit flagellat delinquentem ſeruuꝫ vero de
linquentem nō punit.nec propter hoc plus diligit.
¶ Ad aliud non impediret infuſionē dico ꝙ chari
tas non infunditur niſi cum actu meritorio. ꝛ ideo
ſi peccās venialiter nō eliciat actū meritoriū ſimul
non infundit gratiam. Si autem ſimul eliciat actū
meritorium eque intenſum cū alio qui non peccat
venialiter ꝛ cum aliquis de bono actu gloriatur vl
tra illud ꝙ docet.dico ꝙ eque infunditur caritas ꝛ
augetur. Sed q: vt plurimum non ita intenſe elici
tur actus meritorius cum peccato veniali ſicut aſi
hinc eſt per accidens peccatum veniale ipedit aug
mentationem charitatis.

¶ Diſtinctio.xviii. ¶ Queſtio.I.

C Irca iſtam diſtin=
ctionem decimamoctauaꝫ que
ritur primo: vtrum donū dicat
proprietatem perſonalem ſpi=
ritus ſancti. Et non. Aug. xv.
de tri.ix.eo eſt donum quo ē da
tum:ſed datum eſt illius cui da
tur:igitur.ꝛc. ¶ Item per donum dons diuiditur
ſed hoc eſt habere relatiōes oppoſitas que nō poſ=
ſunt eſſe in eodem. ¶ Item ſi ſpiritus ſanctus ē do
num.ḡ donabilis creature:q: yſa.ix.filius datus ē
nobis. ¶ Item proprietas ꝓcedētis dicit proprie
tatem qua ſpiritus ſanctus accipit eſſentiam diui=
nam.ergo non eſt deus ab eterno. ¶ Item quo ac=
cipit eſſentiam accipit eſſe ſed iſta proceſſione acci
pit eſſentiam igitur eſſe. ¶ Item:donum habet re
lationem ad illud cui datur igitur ex proceſſione e=
terna eſt relatio ad creaturam.ḡ eſt donum creatu
re:igitur eſt ſpiritus ſanctus creature. ¶ Itē:inter
dantē et datū eſt relatio:ſ3 ſpūs ſāctꝰ dat ſe nobis.
ḡ ſi ē datꝰ refert ad ſe iō āt nō refert ad ſe. ¶ Oppo
ſituꝫ.iiii.de tri. xviij.ca.hoc ē donū eē:a pře ꝛ filio
ꝓcedere. ¶ Item.xj.de trini.ca.xij.apparet cū di=
citur donum dei.ꝛc. ¶ Dicitur ad queſtionem ꝙ do

num equiuoce accipitur ſicut habere viſuꝫ vno mō
aptitudinaliter vt catulus ante nonum diem. Alio
mō habitualiter non tamen q: actu videt poteſt ta
men cum vult. Tertio mō qui actu videt ꝛ illo ter=
tio mō loquitur Auguſtinus vbi dicit ꝙ datur actu
ſecundo modo loquitur.v.de trinitate.xij. Tertio
modo ſic loquitur Auguſtinus ad oppoſitum:igi=
tur hoc tertio modo dicit ꝓprietatem perſonalem
q: ꝓcedit ꝑ modum amoris liberalis. ¶ Contra ꝙ
ſpiritus ſanctus detur intra: ꝛ nullo modo dicat re
lationem ad creaturas ſecundum ꝙ eſt quoddam
eternum. Probatio q: nulla relatio ad creaturam
eſt proprietas conſtitutiua.ſ.ſ.neqꝫ includitur in ꝓ
prietate. Sed iſta donabilitas dicit relationem ad
creaturam:q: aptitudinē ad dari:igitur.ꝛc. Maior
patet dupliciter. Primo ſic.quelibet perſona hꝫ ꝑ=
fecte eſſe aſi quodcūqꝫ eſſe creature.q: quelibet ꝑ=
ſona eſt ex ſe neceſſe eſſe et creatura in nullo eē nec
diminuto nec alio eſt ex ſe neceſſe eē q: magis incō
ueniens eſſet ꝙ creatura in eſſe diminuto eēꝫ ex ſe
neceſſe eſſe q̄ in eſſe perfecto. ergo quelibet perſo
na habet perfecte eſſe anteq̄ quodcūqꝫ eſſe creatu
re. Sed impoſſibile eſt intelligere relationem ad
creaturam vt donabilitatem vel quācunqꝫ aliā aſi
quodcūqꝫ eſſe creature.ḡ nulla relatio ad creaturā
includitur in aliqua perſona diuina. Secundo pro
batur maior q: nulla relatio rationis includitur in
aliqua perſona diuina:ſed tātū realis nunc autem
quelibet relatio ad creaturas eſt rationis. ¶ Item
vna perſona nō conſtituitur formaliter duabus re=
lationibus diſparatis. Sed ſpiritus ſanctus conſti
tuitur formaliter per relationem que dicit reſpectū
ſpūs ſancti ad patrē ꝛ filium puta ſpiratione paſſi
ua.ḡ non conſtituitur per reſpectum ad creaturam
ꝙ ille relationes ſint diuerſe ſpiratio paſſiua ꝛ re=
ſpectus ad creaturam. Patet tū q: ad diuerſos ter
minos.tū q: vna relatio rationis et alia realis. Iō
dico ꝙ tota trinitas eſt ita abſoluta ad omne poſte
rius ꝙ ſi per incompoſſibile nichil aliud poſſet eſſe
ita eſſet ſicut nunc eſt ꝛ quicquid poſſet eſſe ḡ nullꝰ
reſpectus ad creaturam eſt intra perſonam diuinā
ergo nec conſtituit pſonam:ſed conſtitutiuū perſo
ne eſt ſpiratio paſſiua ꝛ exprimitur ꝓprie per ſpiri
tum ſanctum non accipiendo ſpiritum ꝓ ſpirato:
ꝛ ſanctum pro voluntate ſancta ꝛ caſta:vlterius in
telligendum de dono per donum poſſet accipi vno
modo vt libere ꝓducere eſſet dare ꝛ ſic ab eterno
pater ꝛ filius dabant. Alio modo ꝙ donum ſic da=
tum creature.primo modo eſt amor ꝛ tunc dat ob=
iectiue. Sic ꝛ pater ꝛ filius dant ſe amato ꝛ ſic dāt
ſe eſſentie diuine et ſic eēnt ibi relationes rationis.
Tertio modo ꝙ pater impendit amorem filio ꝛ fi
lius rependit ꝛ ſic ſpirarent amorem continuum in
q̄tum concordes habitualiter. Sed aliter loquitur
Auguſ. de dare ad extra. ꝛ ſic dicit vnum reſpectū
per ſe ex ſignificato ꝛ alium ex cōnotato q: niſi ſit
nomen equiuocum non ſignificat:ſed ſignificat re
ſpectum habitualem ad creaturam ꝛ connotat re=
ſpectum libere ꝓcedentem / q: aliqua ſiunt dona ꝑ

actum voluntatis. ⁊ ſicut ſignificat reſpectū ad creaturā ſic donum in ſpiritu ſancto intelligitur vt donum / qꝛ donabilis ad extra: ⁊ vt ſic pater ⁊ filius ſunt donatores ad extra ⁊ certum eſt ꝙ donator nō dicit reſpectum realē ad extra. ḡ nec donabilitas. ❡ Ad primum argumentum dico ꝙ equiuocatio ē de dono. ❡ Ad ſecundum ꝙ ſunt oppoſita ſi referā tur ad idem: ſi ad aliud non. ⁊ ſic eſt hic qꝛ vt dicit reſpectum ad illud cui eſt donabile vt creature. Vñ donabile vno modo dicit aptitudinem ad donare ⁊ ſic ſpiritus ſanctus donum. Alio modo potens dari: ⁊ ſic tota trinitas eſt donabilis nec ſunt idem poſſe aliquid ⁊ habere aptitudinem / qꝛ lapis poteſt ferri ſurſum non tamen habet aptitudinem vt feratur ſurſum et ſi in poſito ꝙ eſſet corpꝰ nec graue nec leue poſſet ferri ſurſū ⁊ poſſet ferri deoꝛſū ad neutrum poſſꝫ habere aptitudinem. Sicut ergo in creaturis licet pater ⁊ filius repugnent reſpectu eiuſdē tamen pater vnius poteſt eſſe filius alterius. ſic donum reſpectu vnius poteſt donare reſpectu alteriꝰ ❡ Ad aliud ꝙ pater filio preſtat eſſentiam: ſed non preſtat materiam. ⁊ idō ꝓductione accipit vt perſōa ſit ⁊ vt deus ſit ⁊ proceſſio que includitur ex ſignificato non eſt conſtitutiua perſone ſpiritus ſancti. ſed illa que connotatur. ❡ Ad aliud quo accipit eſſentiam eo habet eſſentiam concedo. ergo eo eſt datus: non ſequitur / quia non eo quo habet eſſentiam eo eſt deus: quia ablatiuus poteſt conſtrui cū verbo in ratione principii formalis agendi. vel quo vt fieri: ſed cum nomine conſtruitur in ratione principij eſſendi tantum et ſic eſt figura dictionis ex ſimili terminatione. vñ licet ſequitur habet eſſentiā: igitur deus non tamen eodem ſecundū addito vtrobiqꝫ: qꝛ non ſequitur natiuitate habet eſſentiam. ḡ natiuitate eſt deus. Sicut ſequitur hoc habet albedinem ergo eſt album: ⁊ tamen non ſequitur de albatione habet albedinem. ergo de albatione eſt album. vñ ſuperficies de albatione accipit albedinē ⁊ cum albedine eſt alba. ⁊ non de albatiōe. Sic ſpiritus ſanctus ꝓceſſione accipit diuinitatem: ⁊ tñ ꝓceſſione nō eſt deus: qꝛ ablatiuus conſtruitur cū verbo adiectiuo ⁊ cum nomine vel verbo ſubſtantiuo in ratione principij eſſendi tm̄. ❡ Ad aliud dico ꝙ non ſequitur ꝙ ſit ſpiritus ſanctus noſter ⁊ ſi ſit donum noſtrū: ſed bene poteſt eſſe ſpiritus noſter ❡ Ad aliud dico ꝙ erat datus ab eterno q̄tum ad relationem connotatam per donum. Sed non q̄tum ad relationem ſignificatā nomine doni. quia illa dicit reſpectum ad creaturam.

Non idē poſſe aliquid ⁊ habere aptitudinem.

❡ Diſtinctio. xix. ❡ Queſtio. i.

VTrum perſōe ſint equales ſecundum magnitudinem. ꝙ non. in diuinis non ē q̄titas. ergo nec magnitudo. Conſequentia patet. vñ genus nec ſpecies. Antecedens patet per Aug. ix. de tri. ii. ſine qualitate bonus ſine q̄titate magnꝰ ❡ Item: nihil eſt commune niſi quod eſt perfectio ſimpliciter: ſed equalitas non dicit perfectionem / qꝛ ſecundum Auguſtinum. lxxxiii. Si omnia eſſēt equalia non eſſent omnia: ſed perfectio ſimpliciter non impediret quin eſſent omnia. ❡ Item: equalitas perfecta eſt mutua ⁊ aliqua equalitas non / qꝛ ꝑ Auguſtinum. vi. de trini. c. vltimo. filius eſt imago patris non autem econtra: qꝛ pater aſſimilat ſibi filiū non econtra. ❡ Et oppoſitum in ſymbolo. immenſus pater. ⁊c̄. ⁊ tamen non tres immenſi: ſed vnus immenſus. ❡ Queſtio. ii.

QUeritur ſecundo: vtrum equalitas diuinarum ꝑſonarum conſiſtat in magnitudine: potētia. ⁊ eternitate. ꝙ non. Potentia non eſt q̄ta eq̄le ⁊ inequale competunt q̄titati. ❡ Item: equalitas eſt in ſapientia ſicut in alijs perfectionibus. Nō ergo magis in magnitudine. ⁊c̄. q̄ in alijs. ⁊c̄. ❡ Oppoſitū Aug. de fide ad petrum. c. ii. verū equalitas ſit diſtincta ab identitate ⁊ ſimilitudine ꝙ non eo deus quo magnus. vi. de tri. ❡ Oppoſitum in littera. ❡ Itē v. metha. identitas ſimilitudo equalitas ſunt diſtincte relationes. ❡ Circa iſtas queſtiones primo ſciēdū ꝙ relationes communes diſtinguūtur realiter in ipſis creaturis ſicut patet quinto methaphiſi. ḡ ſecundum rationem diſtinguitur vbi ſūt tm̄ ſcdꝫ rationem. Sed fundamenta iſtarum relationum poſſunt accipi dupliciter. vel quatenus participāt aliquod certum genus. vel quatenus ſunt tranſcendētia ⁊ per conſequens ſic poſſunt accipi relationes fundate in his. primo enim declaratur ꝙ fundamētum ydemptitatis ſit tranſcendens. fundamentuꝫ enim ydemptitatis eſt vnitas in ſubſtantia: ita ꝙ vnitas concurrit ſiue vt ratio fundandi ſiue vt fundamentuꝫ equaliter patebit alias. Similiter de fūdamento equalitatis quod ponitur vnitas in q̄titate ⁊ de fundamēto ſimilitudinis quod ponitur vnitas in qualitate quodlibet iſtorum trium poteſt accipi pꝛopꝛie ⁊ extendendo ꝙ ſubſtantia ſe extendit ad quodlibet quod eſt de eſſentia rei: vt patet ꝑmo poſte. de linea: dicit enī philoſophus ſubſtantia enim eiꝰ ex his eſt: ⁊ tamen linea ꝓpꝛie non eſt ſubſtantia ꝙ q̄titas poſſet accipi extendendo. ꝑꝫ v. methaphi. ⁊ transferuntur enim ad alia. ibi vult philoſophus ꝙ quantitas tranſlatiue eſſe poteſt in quolibet ente. ❡ Item Augu. vi. de tri. c. vij. ī his que non mole magna. ⁊c. ❡ Item patet de qualitate. v. methaphiſice. c. de ad aliquid ꝙ quidditas dicitur de differentia ſubſtantiali: ita ꝙ extendendo quodlibet ens poteſt dici idem vel diuerſum equale vel inequale ſimile vel diſſimile / qꝛ om̄e ens ſecundum ſe eſt quid ⁊ in ſe. ⁊ ſic de eo dꝛ ſubſtantia ⁊ ſecundum quod habet aliquem gradum entitatis. dicit̄ quantitas de eo: ⁊ ſecunduꝫ ꝙ eſt aliqua foꝛma vel ſecundum ꝙ habet aliquam foꝛmam. ſic de eo dicitur qualitas ⁊ ſic relationes fundate in his ſunt tranſcendentes ſicut fundamenta. vñ. x. meth. Quodlibet ens ad quodlibet comparatum eſt idē

tũ non ĩcludit. Maioꝛ pꝫ / qꝛ ſi per ſe ſuppoſitum in
cluderet duas quidditates non eſſet maioꝛ rõ qua=
re eēt ſuppoſitũ huius quidditatis ꝙ illiꝰ. vel igitꝛ
ſimul eēt ſuppoſitũ hmõi quidditatis ⁊ illiꝰ vel neu=
trius. Cõfirmatur ſcđa ſubã non includit pꝛimam.
ergo nec ſcđa ſubã relationem. nec ecõtra. ℂ Itē ꝓ
ma ſubã ē maxie ſubã: igitꝛ maxime per ſe ſubſiſtit
vt ꝓma. ergo illud quo ē maxime eſt rõ ſubſiſtendi.
ℂ Item nõ ſubſiſtens interemptũ non interimitur
ſubſtantia: ſꝫ interempto foꝛmali pꝛime ſubſtantie
interimitꝛ pꝛima ſubſtantia. ergo impoſſibile eſt foꝛ
male pꝛime ſubē eſſe non ſubm̃. ℂ Item omne com
poſitum pꝛeſupponit ꝑtes ⁊ vnionem ꝑtiũ. alis ꝑs
non põt eſſe eſſentia non refertur. ergo eſt pꝛia ſub
ſtantia ꝓſupponitur relationi non igitur foꝛmaliter
refertur relationi. ℂ Oppoſitum damaſ. l. ca. vna=
queqꝫ perfecte ꝑ modum pꝛopꝛium eſſendi. ⁊c.

ℂ Dicitur ad q̃ſtionem ꝙ non repugnat relationi
conſtituere foꝛmaliter ſuppoſitum ſubē / qꝛ niſi ſic
eſſet ꝙ conſtitueretꝛ per relationem. ergo ꝑ abſolu=
tum. ergo vnum ſe habet vt potentia reliquum vt
actus, non poteſt ſubſtantia ſe habere vt actus rela
tio vt potentia: quia actus pꝛeſupponit potentiã
nec econtra: quia tunc relatio daret eſſe eſſentie: et
etiam eſſent tria per ſe eſſe. ℂ Item Anſelmus mo
nolo. xiii. ex his relatiõibus quicquid ē ad ſe vel ē
melius ipſum ꝙ non ipſum vel in aliquo eſt melius
non ipſum ꝙ ipſum: ⁊ ſi ſecundo modo dicit imper
fectionem ⁊ nullum tale eſt in deo. ℂ Dico tamen
ꝙ iſte rationes non concludunt. pꝛima non: quia
res abſoluta ſi eſt alia eſt alia et facit compoſitio=
nem: et tunc vna vel eſt actus vel potentia reſpec=
tu alterius: ſed vt dictum eſt ſuperius relatio non
eſt res abſoluta alia ab eſſentia neqꝫ facit compoſi
tionem: ideo neutrum ē actus infoꝛmans loquẽdo
tamē de actu quidditatiuo hñ eſt eſſentia actus qđ
ditatis. neqꝫ ſequitꝛ ꝙ illud abſolutum daret eſſe .
ſentie nõ magis ꝙ in creaturis ponẽdo indiuidua
tionem ꝑ aliquid eiuſdē generis: ſicut patet etiam
de natura ypoſtatica in chꝛiſto. Si enim dimitte=
retur a verbo nõ haberet aliud eſſe ꝙ nunc habet:
immo idem: ſed haberet hoc eſſe. vñ pꝛincipium in
diuiduationis nõ dat eſſe quidditatiuum neqꝫ eſſe
abſolutũ: ſed dat eſſe hoc incõmunicabile. ℂ Itē
Damaſ. l. x. ca. naturales ꝓꝓꝛietates non ypoſtatꝫ
conſequuntꝛ opatiões. ℂ Ad aliud exceptis ratio=
nibus ⁊c. Dico ꝙ exceptius ē a quidditate entium
quidditatiuoꝛum: quia exceptis relationibus oĩs
quidditas vel eſt melioꝛ ipſa ꝙ non ipſa vel in aliq̃
eſt melioꝛ non ipſa ꝙ ipſa: ſed non de pꝛopꝛietati=
bus indiuidualibus. qꝛ quelibet pꝛopꝛietas indiui=
dualis ſic ſe hꝫ ꝙ in quodlibet pꝛĩcipaliter ꝙ ĩ vno
eſt nõ ipſa ꝙ ipſa: qꝛ repugnat cuilibet alteri. ⁊ qđ
repugnat alteri illi alteri melius ē non ipſum ꝙ ip
ſum: qꝛ melius eſt cuilibet habere non repugnans
ſibi ꝙ repugnans ſibi. ℂ Dico ergo ad queſtionē
qꝛ repugnat foꝛme relationi cõſtituere ⁊c. pꝛopter
tres rationes poſitas in pꝛioꝛi queſtione: ſed due dif
ficultates occurrũt. Pꝛima eſt quomodo põt eſſe
per ſe ſuppoſitum et includere duas quidditates:
Dicitur ꝙ impoſſibile ē dum tamen vna tranſeat
in alteram ſic eſt de relatione reſpectu eſſentie.
ℂ Contra aũt ſic tranſit ꝙ foꝛmalis ratio relatio=
nis ſit foꝛmalis ratio ſubſtãtie: vel ꝙ relatio ē vere
eadem ſubſtantie vtraqꝫ tñ foꝛmali remanente: nõ
pꝛimo modo cum claudit cõtradictionem: quia ſi
foꝛmalis ratio relationis ē ſubſtantie: ergo eſt re=
latio ⁊ non ē relatio: ⁊ ſequeretur ꝙ ſuppoſitum eſ
ſet foꝛmaliter abſolutum: qꝛ ratio ſubſtantie ē foꝛ=
maliter abſoluta: ergo ſic tranſit ꝙ ē vere eadem
vtraqꝫ tamen manẽte: ergo adhuc reſtat difficul=
tas quomodo ē a ſe quomodo ē per ſe vnum ſup=
poſitum includens vtrũqꝫ. ℂ Item paſſio entis nõ
eſt alia res ab ente nec ab vno: ⁊ tamen non ē idē
ſuppoſitum per ſe entis ⁊ vnius ⁊ paſſionis entis
ſicut etiam patet de attributis licet ſapiẽtia ſit foꝛ
maliter eadem ydẽptitati bonitati non tamē vnũ
foꝛmaliter ē aliud. ℂ Secunda difficultas quomõ
poteſt pꝛima ſubſtãtia ſubſiſtere relationi foꝛmalr
Dicitur ꝙ relatio habet vim cõſtituendi pꝛimã ſub
ſtantiam: vnde licet ĩ inferioꝛibꝰ ſint ipſa diſperſa
tamen poſſunt vniri in ſupioꝛibus: ⁊ relatio conſti
tuere per ſe ſuppoſitum ſubſtãtie. ℂ Contra aũt re
latio habet vim cõſtituendi ⁊c. effectiue vel foꝛma
liter. Si effectiue: tunc ſequitur ꝙ anteꝙ diſtiguatꝛ
ſuppoſitum habebit relatio vim conſtituẽdi abſo=
lutum. etiam ſequeretur ꝙ ſuppoſitum conſtituitur
per abſolutum. Si habeat vim ſecundo modo: er=
go tãtum foꝛmaliter ē relatiui ꝯſtitutiua ⁊ non ab
ſoluti: ſicut enim calido conſtituere foꝛmaliter ali=
ud ꝙ foꝛmaliter calidum ⁊ albo: ſimiliter ſic repu=
gnat et ꝙ eſt foꝛmaliter reſpectiuum conſtitue=
re aliquid niſi foꝛmaliter reſpectiuum. Dico ergo
ꝙ in creaturis ſubſtantia pꝛima tres habet condi=
tiões. ℂ Pꝛima eſt ꝙ ē ens vltimata actualitate di
co ſuppoſitum ⁊ non natura. ℂ Secundo ꝙ habet

vltimatam vnitatem non autem natura. Tertio habet incommunicabilitatem. Jſta tria conueniūt prime ſubſtantie create: ſed due prime cōditiones conueniunt eſſentie diuine: ſcilicet habere vltimatam actualitatē et vltimatam vnitatem: ſed tertia deficit vt habere incōmunicabilitatem: quia hoc competit ſubſtantie create propter limitationem ergo iſta conditio tertia poteſt eſſe in ſuppoſito nature diuine per aliquid quod eſt non ſimpliciter perfectionis: ergo per relationēm. Unde quicquid eſt perfectionis in prima ſubſtantia in creaturis eſt in diuinis per eſſentiam: et ꝙ in ſubſtantia prima creata neq̧ perfectionis eſt ibi per aliquid ꝙ nec eſt perfectionis ſimpliciter nec imperfectionis. ¶ Dicit quare non poteſt in diuinis poni prima ſubſtantia q̄tum ad omnes tres conditiones ſicut ponitur in creaturis in genere ſubſtantie ⁊ non in genere accidentis. Dico ꝙ iſte due conditiones nō ſunt appropriate prime ſubſtātie ſcilicet per ſe eſſe hoc eſt non dependere ⁊ indiuidualiter eē ſunt appropriate prime ſubſtantie vt diſtinguitur contra accidens. Sed tertia conditio: ſcilicet eſſe incōmunicabile eſt commune ſubſtantie et accidenti: ideo nō ponitur in diuinis per eſſentiam ſed per relationē ſicut ſi quodlibet ſuppoſitum ſubſtantie eſſet ſimpliciter perfectum: ita ꝙ vnū et idem numero ſubſtātialiter poſſit eſſe in diuerſis oppōnibus per diuiſionem: ⁊ per conſequens de ſe cōmunicabile tūc accidens cauſaret incommunicabilitatem ſic in diuinis. ¶ Ad primum dico: ꝙ aliter loquitur metaphiſicus de per ſe et per accidens: et aliter logic⁹ metaphiſicus dicit illam eſſe quidditatem per ſe vnam que eſt vnius generis: et per accidens vbi ē alterius et alterius generis: neq̧ per conſequens eſt ibi vnitas per accidens q̄tum ad metaphiſicū cum talis vnitas rerum diuerſoꝝ generum. ¶ Dico ergo ꝙ quicquid eſt in diuinis: vel eſt per ſe idē metaphiſice loquendo: vel veriori modo vnum q̄ per accidens: puta ydemptitate: ⁊ iſta eſt media inter per ſe et per accidens quo ad metaphiſicum: ⁊ iſtā rē nō inuenit philoſophus / nec habuit de ipſa facere immediata. ſic ergo relatio et eſſentia ſunt idem in diuinis: ⁊ vnum loquendo logice: vno modo dicit logicus aliquid eſſe per ſe q̄tū ad actū componentis et diuiſibiliter. alio modo in conceptu ſimplici. Primo modo ē propoſitio per ſe quādo vnum per ſe includit aliud: ſed in intellectu ſimplici dicitur vnum effici ex duobus vt animal ⁊ ratio animalis eſt per ſe vnum: licet neutrum de alio per ſe predicetur: ⁊ conſtituant per ſe vnum: etiā ſunt vnius generis. Alio modo eſt aliquid per accidens vnum et homo albus. Dico ergo ꝙ concept⁹ non eſt per ſe vnus: qui eſt rerum diuerſorum generum: ⁊ per conſequens cum non ſit per ſe vnus in ſe reſpectu nullius eſt per ſe vnus. ¶ Dicit ergo pater eſt ſuppoſitum per accidens cum habeat in ſe ſubſtantiam et relationem que non ſunt vnius generis. Dico ꝙ ſuppoſitum primum propter eius perfectionem non poteſt eſſe conſtitutum per aliquid illius generis: ⁊ cum dicitur prima ydemptitas in predicatione eſt communis ad primum ſuppoſitum. dico ꝙ non: ſed eſt eiuſdem de ſe deus eſt deus. ¶ Dicit quare nō ē iſta per ſe pater eſt deus: ſicut ſortes eſt homo: dico ꝙ licet conceptus non per ſe predicetur de conceptu logice: tamen res p̄ ſe eſt eadem rei: vnde licet predicatio iſta. ſortes ē homo ſit ſortior q̄ pater eſt deus: non tamen eſt verior. eſt enim hec magis formalis: quia per ſe formaliter / ſortes eſt homo: ſed tamen non eſt verior / neq̧ eſt conceptus primo quidditatiue vnus per ſe logice loquēdo: ⁊ ideo nō eſt hec formaliter vera. pater eſt deus: ſed iſta: ſortes eſt homo. cum in conceptu ſortis non ſit alterius generis. ¶ Ad aliud per ſe ſuppoſitum non includit niſi vnam q̄dditatem. Dico ꝙ hoc eſt verum in creaturis ꝙ illō vltra ꝙ indiuiduum addit ſupra ſpeciem non eſt quidditas neq̧ pars quidditatis: ſed determinās tantum: ⁊ non valet ſuppoſitum in diuinis includit duas quidditates: ergo eſt ſuppoſitum duoꝝ quia tantum eſt ſuppoſitum illius quidditatis que eſt communicabilis et non eſt illius que eſt determinans ſcōm ꝙ ibi eſt determinatiua: licet igitur includat quidditatem ſubſtantie ⁊ relationis non tamen eſt ſuppoſitum relationis. ¶ Ad aliud dico: ꝙ in diuinis eſt relatio quo ſuppoſitum habet vltimatam actualitatem. ¶ Ad aliud: ꝙ prima ſubſtantia in diuinis includit relationem: ſed in creaturis / nec prima nec ſecunda includit relationem. ¶ Ad aliud: ꝙ interempta non ſubſtantia non interimitur ſubſtantia: verum eſt q̄tum ad id qđ eſt perfectionis ſimpliciter in ea poteſt tamen interimi ꝙ formaliter conſtituunt ſuppoſitū puta relatio. ¶ Ad aliud: ꝙ omne compoſitum preſupponit entitatem partium et vnionem. dico ꝙ ponendo informationem: ita ꝙ relatio ſit quaſi actus eſſentie tunc ſequitur. ſed dico ꝙ non ſic eſt ſed iſtud totum relatum ꝙ eſt quaſi compoſitū preexigit partes: ſed non vnionem: quia non vniuntur: quia preexigit partes habere idemptitatem nec tamen prius eſſentia denominari a relatione quia vna idemptitas non infert vnius reſpectu alterius.

¶ Queſtio tertia.

Tertio queritur: vtrum circumſcriptis relationibus poſſint intelligi perſone diſtincte? Et ꝙ ſic. Relationes reales preſupponunt extrema diſtincta: hec enim eſt cauſa quare ydemptitas non eſt relatio realis: ergo relationibus circūſcriptis adhuc poſſunt extrema remanere diſtincta. ¶ Dicitur negando maiorem. Relatio enim realis non preexigit extrema diſtincta ſed requirit: vnde bene ſequitur extrema non ſunt diſtincta: ergo non eſt ratio realis. ¶ Contra: aut intelligitur in hoc antecedēte extrema nō ſūt diſtīcta extrema cauſata

diſtīcta ꝑ relatiões:ꝗ nō eſt relatio realis. idē ē ac
ſi diceret nō ſunt diſtincta / qꝛ non ſunt diſtincta.
¶ Item: in eodem fundamento non poſſunt fun=
dari oppoſite relationes immediate: quia de eo=
dem ſecundum idem non dicuntur contradictoria
et in oppoſitione includitur contradictio: ſed rela
tio producētis et producti ſunt oppoſite: ergo pre
ſupponunt fundamenta immediate diſtincta.
¶ Item: Boetius de trini. Similis eſt relatio pa=
tris ad filium ſicut ad idem eiuſdem. ¶ Iteꝫ: idem
prius dicit ꝙ eſt repetitio de eodem cum dicitur
pater et filius. ⁊c. magis ꝙ̄ diuerſorum: vt ſi dicere
tur ſol / ſol / ſol. vel enſis mucro gladius: ergo ſunt
eedem tm̄ repetite. ¶ Item: ſi nō poſſunt intelligi
ſine relationibus: ergo iſte re. ſic primo diſtinctiue
conſequens falſum: quia quelibet iſtarum eſt infini
te perfectionis: quia Iſa. liij. Generationem eius
quis enarrabit: ſed ſi generatio eſt ienarrabilis er
go infinita. ¶ Oppoſitum. Auguſti. ix. de trini. ij.
Credamus trinitatem eſſe perſonarum relatarum
adinuicem dicitur ꝙ impoſſibile eſt itelligere per=
ſonas eſſe diſtinctas circūſcriptis relationibus: qꝛ
quicquid eſt in diuinis: vel eſt mere eſſentiale: vel ē
relatiuum: ſed per eſſentialia non diſtinguūtur ꝑ=
ſone niſi ponatur tantum diſtinctio re. et tunc er=
ror ſabellij: ergo intentionaliter diſtingui per rela=
tiones oppoſitas. Et vltra infert correlarium ꝙ
dicentes idem ſuppoſitum referri: et terminare re
lationes oppoſitas tales in eodem non poſſunt
oſtendere diuerſitatem ſuppoſitorum in diuinis:
ſed illud non valet: quia dicit quidam doctor anti=
quus ſecundum Ricardum de ſanctovictore: ſecun
da differentia dupliciter dicitur: vel vt homo: vel
vt aliquis homo. Primo modo dicit quid. Secun
do modo dicit quis: ſecundum primum modū nul=
lo modo dicitur ſubſtantia ſecundum relationem
rationis: ſic aliquo modo non includendo actum
relatum: ſed referibile: et permittit relationem.
ideo manifeſtum eſt inter relationem ⁊ mere eſſen
tiale: hoc qđ eſt aliquis hō non repugnat referri:
neqꝫ includit relationem ſicut etiam ſuppoſita in
creaturis habet aliquid eiuſdem generis vltra ſub
ſtantiam ſecundam: et ibi non concludit ratio de
illo ꝙ dicit ꝙ non poſſit declarari diſtinctio perſo
narum ſi relatio remoueretur et moti ſint vel ī eo
dem falſuꝫ ē: quia hoc ponentes negant idem eſſe
producens et productum cum nichil poſſit produ=
cere ſe / neqꝫ eſt ſimilis ratio cum idem poſſit mo=
uere ſe: ſed ꝙ relatio producentis et producti non
ſimul poſſint eſſe non competit eis inq̄tum ſunt ſe
cundi modi relationis: ſed quia non poteſt ſimul
idem ſimpliciter eſſe et non eſſe ſimpliciter ꝙ ſeq̄=
tur ꝙ idem produceret ſecum productum capiat
ſimpliciter eſſe et producens habet ſimpliciter eē
non ſic ex alia parte: quia motum per hoc ꝙ mo=
tum capit eſſe ſimpliciter: quia prius poteſt eſſe
lapis in grauitate ſimpliciter ꝙ̄ deſcendat: ideo re
latio mouentis et moti poſſunt eſſe ſimul. ¶ Dico
ergo ad queſtionē ꝙ aliud eſt dicere circūſcriptio=
nem et aliud abſtractionem. illud patet per philo
ſophum in predicamentis: vbi docet per circūſcri
ptione .ſ. cognoſcere per ſe relatiuum circūſcripto
enim a domino ꝙ ſit homo et quodcūqꝫ aliud re=
manente ſolo ꝙ ſit dn̄s dicitur ad ſeruum: ſed iſto
circūſcripto non. Unde circūſcriptio vt ſic eſt que=
dam poſitio in intellectu quo poſito queritur quid
ſequitur: et Boetius de ebdomadibus ponit ſic ꝑ
ſe bonum: ſed abſtractum eſt conſideratio vnius ī
intellectu ſimplici non conſiderādo aliud: licet iſta
in eſſe coniuncta. Si ergo queratur circunſcriptis
relationibus: hoc eſt ſi ponantur relationes non
eſſe ſequitur ne perſonas poſſe remanere: dico ꝙ
ſicut poteſt intelligi contradictio: ſic poteſt hoc in
telligi: ⁊ ſequitur ipſos remanere et non remane=
re: quia diſtincta intelligi eſſe et non in eis forma=
lis quibus diſtinguuntur claudit ea eſſe et non eſſe
immo ꝙ plus eſt hec poſitio ponit diſtincta intelli
gi eſſe cum oppoſitis diſtictum. ſi queretur abſtra=
hendo dico ꝙ a paternitate et filiatione poteſt ab
ſtrahi conceptus cōmunior: vt conceptus relatio=
nis originis: et vlterius conceptus communior vt
relationis ⁊ a relatione conceptus cōmunior: ſci=
licet modi habendi: ſic a patre ⁊ filio poteſt abſtra
hi cōceptus communior: puta res relata ſicut poſ=
ſint intelligi tria animalia non intelligendo quid=
ditatem hominis aſini et bouis: et a rebus relatis
poſſunt abſtrahi tres ſubſiſtentes in communi: qꝛ
licet diſtinguātur per iſta cum poſſint intelligi tres
diſtincti entes non intellectis illis quo diſtinguun
tur: vnde omnes iſti conceptus abſtracti poſſunt
conceptus prime intentionis cum dicantur per ſe
de iſtis: et ſunt communes ſola communitate rati=
onis: vnde ex parte relationum et ex parte extre=
morum conuenit ſic abſtrahere. ⁊ ſic abſtractis re
lationibus nichilominus remanent diſtincta que
prius remanebant. ¶ Ad primum dico negando
maiorem ſicut prius. ¶ Ad illud contra concedo
iſtam conſequentiam. Extrema non ſunt diſtincta
realiter: ergo non eſt relatio realis: ſed ꝙ alia ſit
relatio realis hoc poteſt cognoſci a nobis duplici
ter: vel a prioribus: vel a poſterioribus / vt per ali=
quos effectus: ſed neutra conſequentia tenet per
formam intrinſecam: vnde relatio realis eſt ꝑ ali=
quid intrinſecum ſibi: vnde ſi extrema poſtꝙ̄ ſunt
non ſint diſtincta realiter non eſſe ſuppoſita diſti=
cta aut non cauſata relatio realis. Et cum querit̄
de antecedente: aut intelligitur extrema non eſſe
ſuppoſita diſtincta: aut non cauſata per relatiões
Dico ꝙ neqꝫ ſic / neqꝫ ſic: ſed ex iſtis negationibꝰ
ſimul. ſi enim extrema non ſunt diſtincta preſup=
ponitur neqꝫ cāta diſtincta per relationes ſequi=
tur ꝙ non eſt relatio realis. ſed vbi vna negatio eſt
manifeſta gratia materie ex vna poteſt inferri: et
cum dicitur ꝙ eſt petitio: dico ꝙ nobis notius eſt
extrema non diſtingui ꝙ̄ ꝙ non eſt relatio re=
alis: ideo ſequitur tanꝙ̄ ex magis noto nobis: li=
cet tamen ſimpliciter a poſteriori extrema non
ſunt diſtincta: ergo non eſt relatio realis.

¶ Ad aliud φ oppoſite relationes de ſecundo modo relationis poſſunt eſſe in eodem fundamento limitato vt in voluntate relatio mouentis et moti. ergo multo fortiori et in fundamento illimitato hoc eſt non per aliqua contrahentia. et cum dicitur contradictoria non dicuntur de eodem. Igitur neqꝫ relationes oppoſite fundantur in eodem non ſequuntur relationes oppoſite in abſtracto fundantur in eodem. Unde in eodem immediate eſt filiatio et paternitas: et non ſequitur hoc fundamentum eſt aliquid in quo non eſt filiatio. Igitur eſt non filiatio. ¶ Uel poteſt dici φ oppoſite relationes non ſunt in eodem immediate: verum eſt de oppoſitis relationibus informantibus non ſunt iſte: ſicut patet de anima. poteſt eniꝫ informare oppoſita: quia partes habētes formas ſed non poteſt informare oppoſitas: ſic poſſit eſſe de relatione informante. ¶ Ad Boetium cum dicit: ſimilis eſt relatio patris ad filiuꝫ. ꝛc. vt eius qḋ eſt idem. Ad aliud qḋ eſt idem dico φ non oportet extorquere verba Boetij: qꝛ patet φ accipitur ibi neutraliter ideo ſimiliter ſe habet. Non eīm eſt maior diſtinctio φtum ad id qḋ impatur φ inter ſoleꝫ et ſolem. ¶ Ad aliud concedo φ ſunt tres res relate: ſed nō ſequitur φ ſint infiniti non magis φ tres dij: ideo ipoſſibile eſt φ paternitas ſit infinita: nō ergo ſequitur tres res relate: igitur tres infinite: ꝛ cum probatur φ generatio eſt inenarrabilis: dico φ hoc eſt verum ex parte termini communicati ex parte principij generationis: ꝛ ex parte producti includentis eſſentiam et relationem: non autem ex parte generationis in ſe cum ipſa: nec ſit finita nec infinita formaliter.

¶ Queſtio quarta.

Uarto φritur: vtrꝫ pſona pduceñs ꝯſtituat formaliter in eſſe perſonali per relationem originis ad perſonam productam. Qꝫ non. Primuꝫ in omni ordine eſt abſolutiſſimum: ergo primū ī ordine perſonali non cōſtituitur per aliquid in ordine ad ſecundū. ¶ Item: illa perſona non eſt producta que poſita pſona innaſcibili et circūſcripto omni actu ſecundo habet eſſe: ſed ſi prima perſona conſtituitur per relationem originis ad ſecundā ergo ipſa ſola poſita circūſcripto omni actu ſecundo. Secūda habet eſſe: quia poſito relatiuo ſimul ponitur correlatiuū ergo perſona ſecunda non eſſet producta: ſed perſona conſtituitur per relationem ad ſecundam. ¶ Item: prius oportet ſuppoſitum eſſe φ agere: ergo prius eſt hec perſona φ hec producat: ergo ſi cōſtituitur per relationem ad ſecundaꝫ prius eſt ſecunda φ prima producat: ğ ſcḋa nō producta. ¶ Itē: forma eſt prior cōpoſito. vii. Metha. ergo paternitas prius patre: ergo et filio: ergo et filius cum per eam conſtituitur. ¶ Oppoſitum: Auguſt. de fide ad petrum. ij. proprium eſt patri genuiſſe filium. Et hylarius. xij. de trinitate. iij. Dicitur ad queſtionem φ ſic: quia perſona producens conſtituitur in eſſe perſonali per aliquid incōmunicabile hoc non eſt per aliquid ad ſe: quia omne tale omne tribus: ergo per relationem non per relationem negatiuam: neqꝫ ad extra: ergo per relationem ad intra: ergo per relationē originis ad ſecundum. ¶ Itē adducitur alia ratio: ſi prima perſona conſtituitur per abſolutam pari ratione ꝛ ſecunda: ꝛ ſi hec autem eſſent conſtitutiua alterius rationis: ꝛ tunc oporteret querere per quid eſſet illud hoc ſicut determinans: quia quidditas non eſt de ſe hec: aut eſſent iſta eiuſdem rationis. Sed. v. Metaphi. plura abſoluta eiuſdem rationis eſſe in eadē eſſentia eſt poſſibile. ſed hec ratio non valet: qꝛ in entibus omnia dependent preter primū: ergo nō oportet φ prima preexigat ſecūdā ſicut econtra. vel eſto φ vtraqꝫ conſtituitur per abſolutum adhuc poſſent plura eiuſdem rei eſſe in eadem eſſentia. iſte proprietates abſolute tūc non informarent eſſentiam ſicut neqꝫ nunc faciunt. Sed quomodo ſuppoſitū eſt primū in natura in creaturis etiam eſto φ ſint alteri⁹ rōnis non ſequitur φ haberent diſtinctas quidditates: ſicut patet in creaturis proprietates indiuiduales non pertinēt ad quidditatem. Non oportet querere ergo p qḋ hec proprietas eſt hec: cum ſint de ſe incōicabiles formaliter. Ideo adduco aliā rationē ad concluſionē illḋ eſt magis neceſſariū per queꝫ φtū eſt de ſe poteſt eē ſine alio: ſed ſi prima perſona conſtituitur p abſolutum φtum eſt de ſe poſſet eſſe ſine ſecunda: qꝛ non includit contradictionem abſolute pri⁹ alio eſſe ſine iſto alio: quia ipſum abſolutum habet eſſentiam: ꝛ quicqḋ eſt ſibi intrinſecum abſqꝫ omni dependentia: quia non claudit contradictioneꝫ abſolutum eſſe ſine omni eo φ non eſt de eſſentia amota omni relatione. ſed licꝫ ſecunda perſona acciperet eſſe abſolutum a prima adhuc eſt contradictio φre ſit ſine prima: qꝛ φ aliquid habeat eē acceptum ab alio: ꝛ φ nullum prius eo ſic claudit ꝯtradictionē: ergo ſi perſona prima eſſet abſoluta eſſet magis neceſſaria φ ſcḋa: ꝛ credo φ philoſophi ponentes intelligētias accipe tm̄ eſſe a prima nō ponerēt φ ſecūda ſit intra creata neceſſitate formaliter: ſicut prima propter iſtam prioritatē pducētis ad productum. Ponitur modus conſtituendi ſic ꝓprietas pōt dupliciter conſiderari: vel vt proprietas: ꝛ ſic conſtituitur: et vt ſic nō requirit filium ſimul: vel poteſt conſiderari vt relatio: ꝛ ſic ſequit̄ generationem: ꝛ ſic non conſtituit. Aliter dicitur φ relatio poteſt intelligi multipliciter ſicut actio: pōt eīm actio ꝯparari ad paſſionem vel ſecundum habitudinē preſentialem: vel ſub ratione preteriti vel futuri: vel ſcḋꝫ habitudinē aptitudinalē vel potentialem. poteſt enim paternitas intelligi quaſi preterita: et ſic fundatur ſuper genuiſſe: vel vt preſens et ſic fundat̄ ſuper generare. vel vt futura: et

ſic ſuper generabit vel vt aptitudinalis vel potē=
tialis:et ſic ſibi correſpondet generabilitas et di=
citas:ideo relatio originis non conſtituit ſub ra=
tione ſub qua requirit filium: ſed vt ſibi correſpō=
det generabilitas ex parte ꝓducentis: ⁊ ſic req̄rit
ſimul correlatiuū generale vel finale. Q̄ illa ꝑma
ratio conſtituat ꝓbatur ꝑ rationē:qꝛ ꝑma ratio de
bet ꝯſtituere pr̄imā perſonā:ſed hec ſequit̄ ad oēs
alias:ergo eſt prima:ſequitur eīn generat: igitur ē
generās. genuit ergo eſt generatiuus.⁊c. ¶ Cōtra
vtrūqꝫ ſimul relatio nō ꝯſtituit ꝑſonā primam niſi
ſub ea ratione ſub qua eſt in actu in diuina natura
et hec ratio eſt:qꝛ impoſſibile eſt cōpoſitum eſſe in
actu et non formale cōſtituēs: ſed relatio ad ſcḋaꝫ
ꝑſonā tm̄ vno modo eſt in actu ⁊ hec relatio : ⁊ ſic
ſecunda perſona eſt ſimul cum prima:quia tm̄ vno
modo ſit in actu:⁊ hec eſt:ꝓbatio:qꝛ q̄cūqꝫ poſſūt
ibi cōſiderari in cōi abſtrahēdo ꝯcept⁹ hn̄t tm̄ cōi=
tatē rōnis:ita ꝙ nullā realitatē cōem:quia ſic eſſet
ibi realitas indifferens potentialis:igitur vt pater
nitas / vel vt relatio / vel vt modus / et ꝙ ꝯceptus
poſſunt abſtrahi nō habent niſi vnam rem corre=
ſpondentem / vt ꝓbatum eſt prius:ergo ſub ratio=
ne actuali conſtituit:⁊ ſic correſpondet ſibi corre=
latiuū oppoſitum vt hoc ſimul:ergo illud precedit
generare ⁊ reddit difficultas. ¶ Itē : ſequit̄ ꝙ pat̄
haberet aliā realitatē in ſe per ḡnationē: qḋ eſt cō=
tra Hylariū.xij.de trini. Pater nichil habet in ſe
niſi genitum.ptꝫ / qꝛ pater habet paternitatem in
actu vltimato qñ ſimul eſt filius non vt generabili
tas tm̄:vt ponit ſcḋa:vel nō vt ꝓprietas tm̄ vt po
nit prima:ſed hꝫ eam ſcḋm vltimā actualitatem eā
ſicut prius habuit: ⁊ tūc perit vtraqꝫ diſtīctio : aut
tunc primo hꝫ cum filius eſt ſimul cū eo: ⁊ tunc il=
lā actualitatē realē haberet ꝑ ḡnationeꝫ: ⁊ ſeq̄ret̄
etiā ꝙ pater ꝓduceret ſe patrē:ſicut ſortes alb⁹ ſe
ſimilē generando platonē album. ¶ Itē: cōtra pri
mam viā entitas aut vel vltimate incōicabilis nō
pōt intelligi niſi ad ſe vel ad alterū formalit̄ : licet
conceptus communis poſſit intelligi vt indifferēs
ad vtrūqꝫ:vt habitum eſt ſupra: iſta ergo proprie=
tas vt ꝓprietas / aut eſt formaliter ad ſe:⁊ tunc ꝑ=
ſona conſtituitur per abſolutuꝫ formaliter: vel eſt
ad alterum formaliter:⁊ ſic ſimul req̄rit correlati=
uum contra ſcḋā potentiā relatio ſub illa relati=
one ſub qua diſtinguit̄ ab actuali nō eſt in diuinis.
ergo ſub iſta rōne nō ꝯſtituit. ¶ Itē:filius cōſtitui
tur in eſſe ꝑſonali relatione actuali : ſi ergo prima
perſona nō:ſed relatione habituali:ergo prima eſ
ſet imꝑfectior q̄ ſcḋa ſaltem imperfectiori relatio
ne conſtituitur. ¶ Itē:ſcḋm philoſophum in predi
camentis:prius dicitur ſcḋm conſequētiam:⁊ alio
modo ſecundum perfectionem: licet ſint conuerti
bilia ſcḋm eſſe ſicut verū cōuertit̄ ad verā de ſe ora
tionē:ſed primū ſcḋm cōſequentiam nunq̄ conſti=
tuit incommunicabile cum ipſum ſit conſequens:
neqꝫ eſt in diuinis aliud prius generatione / aliud
perfectione:ſed primum ibi eſt actualiſſimū.ptꝫ er
go ꝙ illa non concludit de prioritate ꝯſequentie:
ideo declaro aliū modū quo relō originis ad ſecū

dam perſonā conſtituit primā aliquid eſt pri⁹ alio
et ſimul cum eo non ſunt oppoſita : nec repugnas
niſi prius et ſimul ſint eiuſdem rationis : qꝛ omne
prius natura:et ſimul duratione nō repugnat nūc
ſimultas correlatiuorum et prius origine non re=
pugnat:qꝛ ſimultas correlatiuorū eſt ſimultas na=
ture:ſic ꝙ īpoſſibile eſt ipſa eſſe niſi ſimul : qꝛ im=
poſſibile eſt relationē eſſe ſine termino: ſed priori=
tas originis eſt eſſe a q̄quo:ſed iſta ſtāt ſimul. Exē
plum ad hoc:ſortes non ſolum vt ſortes ſed vt ſor
tes pater eſt prior origine platone filio:qꝛ paterni
tas eſt prioritas originis:ergo ſortes pater eſt pri⁹
per ſe platone filio origine:⁊ tm̄ ſunt ſimul natura
ſimultate relatiuorum. ¶ Item Auicenna.vj.me=
thaphi.cauſa inq̄tum cauſa eſt prior cauſato inq̄=
tum cauſatum:⁊ tamen ſunt ſimul natura ſimulta
te relatiuorum:ergo prioritas perfectionis ſtat cū
ſimultate relatiuorū:ergo multo fortiori prioritas
originis. ¶ Itē Aug.de q̄ddītate aie loquēs diſci=
pulo dicit equalitateꝫ inequalitati iure pponis qḋ
eſt intelligendū perfectionē : ſicut extat de circulo
et figurato : ⁊ cōcludit prioritatē fundamēti ꝑ pri=
oritatem relationis:ergo vna ſpecies relatiōis po
teſt eſſe ꝑfectior alia nobilitate ſui ḡnis:⁊ tm̄ ſunt ſi
mul:⁊ vniuerſaliter non ſunt due ſpecies eiuſdē ge
neris eque ꝑfecte cum altera differentia ſit ꝑfecti=
or : ergo poteſt aliquid eſſe prius natura et ſimul
cum alio. ¶ Ad primum dico: ꝙ in omni ordine eſ
ſentiali primum eſt abſolutiſſimū:quia ibi eſt ꝑma
eſſentia de ſe habet neceſſitatē et abſolutiſſimū:ſꝫ
in ordine originis perſonarum totum eſt econtra:
quia non eſt ibi alia neceſſitas prime q̄ ſecunde.
¶ Ad aliud dico / ꝙ maior ē vera circūſcripto om
ni actu ſecundo:et omni alio qḋ poteſt preſcindi ꝑ
poſſibile vel ſine contradictione:ſed poſita ꝑma
ꝑſona relatiua ⁊ circūſcripto omni actu ſecundo q̄
poteſt ſine contradictione circūſcribi ſecunda per
ſona habet eſſe falſum eſt: qꝛ oꝫ ponere primaꝫ ge
nerationem actiuā et paternitatem. Prima enim
includit generationem qua ſecunda producitur in
eſſe:ſicut ſecunda includit generationem paſſiuaꝫ
¶ Ad aliud cum dicitur perſona prius eſt q̄ agat:
et tunc habet correlatiuum. Dico ꝙ ſi eſt prius q̄
agat hoc eſt prius origine:⁊ cum dicitur ſecunda ē
ſimul natura:verum eſt illa ſimultate que eſt non
poſſe eſſe ſine inuicem:et prima perſona eſt prius
origine:ſed iſta ſimultas correlatiuorum non eſt ſi
multas originis:ideo iſta nō repugnat rei. Et ſi di
catur quando aliquid eſt prius alio qḋ eſt ſimul cū
priori eſt primo illo alio falſum eſt:non capitur ſi=
multas eiuſdem rationis:ſic non eſt hic:dico tamē
ꝙ hec ē ſimpliciꝉ falſa ꝑſona ꝑma eſt prior q̄ agat
quia conſtituitur in eſſe actione notionali : et ideo
non eſt prius q̄ agat. Sed vniuerſaliter vbi actio
non conſtituit ſuppoſitum ibi ipſum eſt prius acti=
one. ¶ Ad aliud:forma eſt prior ꝯpoſito:ergo pa=
ternitas prior patre:dico ꝙ paternitas alia priori
tate eſt prior et alia ſimultate ſunt relatiua ſimul:
puta non poſſe eſſe ſine inuicem.

¶ Queſtio quinta.

QUinto q̄ritur: vtꝝ in diuinis ſit pſona aliqua abſoluta. Q̄ ſic. Aug. vij. de tri. alio eſt pater ſubſiſtens incōicabiliter ⁊ alio pater. Dicit eñ ꝙ ſubſtantia patris nō eſt qua pater eſt pater: ſed qua pater ē Si eñ eodē pater eſſet ſubſiſtens incōicabilit̄ illō quo eſt ſubſiſtens non eſt relatio / ergo abſolutum ¶ Item: ſi nulla eſſet relatio in diuinis / eſſet ibi pſona abſoluta: ſed quicq̇d poſſibile eſt eſſe ibi ſi nō eſſet ibi relatio eſt nunc ibi: q꜄ q̇cquid poſſet tūc eſſe ibi eſſet abſolutū: ⁊ quodlꝫ abſolutū ꝙ tunc eſſꝫ ibi eſſet nūc ibi. ¶ Itē. vij. de trini. viij. vel res vel ſubſtātia ē ad ſe q̄tomagis de⁹. Et loquit̄ Auguſt. de ſubſtātijs ſicut greci loquebātur. ¶ Itē: omnis actio eſt ſuppoſiti pꝛimo: ſed creare intelligere velle non eſt pꝛimo patris nec filij: ergo ſuppoſiti abſoluti. ¶ Itē. ſicut actio notionalis ad ſuppoſitum reſpectiuū: ergo eſſentialis abſoluti. ¶ Oppoſitū: Aug. ix. de tri. pꝛimo. credam⁹ trinitati pſonarum relataꝝ. In q̄ſtione difficultas eſt vna: q꜄ ſcōm aug. vij. de tri. ſubſtantia patris nō eſt qua pater eſt pater: ſed qua pat̄ ē: ſꝫ oīni entitati formali coꝛreſpōdet aliq̇d ens vel aliq̇d ens adequate eſſe de ſe eſt hec: ergo ante oēm reſpectū ſibi coꝛreſpondet aliquod ens adequate. Scōa difficultas eſt ꝙ ſit aliquod pꝛimum efficiens pōt cognoſci p ra iōnē naturalē hoc cognouerūt phi infideles. Sed trinitatem in ſuppoſitis nō pōt infidelis cognoſcere: nec aliquis niſi p fidē vel ergo oīs cōceptus phoꝝ fuit poſt de pꝛimo ente: vel eſt aliq̇d abſolutū. Dico ꝙ pſona non eſt tm̄ ſubſtātia vna: q꜄ eēntia ē ſumme vna: ſed cū hoc eſt incōicabilis: quia q̄diu non habetur incōicabile non habetur perſona q̄tūcunqꝫ ſit ens ſingulare. Perſona eñ eſt icōicabilis dupliciter: incōicabilitate p̄dicabilis: q꜄ nō eſt cōis cōitate p̄dicatiōis: ⁊ icōicabilitate foꝛme: ⁊ p oppoſitum aīa ſeparata eſt cōicabilis: licꝫ ſit hoc ſingulare ſꝫ īpoſſibile eēntiā icōicabilē ġ nec ens qḋ ē ens formalit̄ pōt eē incōicabile. ¶ Ad pꝛimū ergo dubiū cū dicit̄ q̇cq̇d ē in diuinis p ſe ē eēntia q̄ eſt entitas formalis: ergo ſibi coꝛreſpondet entitas adequata: ve℞ eſt hoc de⁹ nec tm̄ eſt cōicabilis. ¶ Ad aliam difficultatē cū dicit̄ philoſophi ꝓbāt pꝛimū ens ex actione et motu. dico ꝙ nō: nō ſolū ſuppoſitum denoiatur ab actione: ſꝫ vltimatum denoiatū ab actiōe eſt ſuppoſitū: vel modū ſuppoſiti habēs qḋ dico pꝛo aīa ſeparata: q꜄ ſuppoſitum nulli dat eſſe: ſed eſt vltimata actualitate: ſed ⁊ eſt incōicabile dupliciter: ꝙ eñ noiat ſuppoſitum non pōt vlterius aliquid denominare. Philoſophi ergo cōcludentes pꝛimum efficiens eſſe cōcludunt aliquid ꝙ eſt hoc: puta / hic deus: ſed non poſſunt concludere ꝙ eſt ſuppoſitum. Unde certus poteſt eſſe aliquis de aliqua opatione: ⁊ dubitare an illa operatio ſit ſuppoſiti vel nō: ſicut patet de paulo rapto qui habuit certam cognitionem: ⁊ tamen neſciuit vtrum iſta cognitio fuerit ſolius anime vel totius cōpoſiti. Neſciuit eñ an anima ſua fuit rapta a coꝛpoꝛe ad tertiū celū: vel etiā anima cum coꝛpoꝛe: ſic phi certi ſunt de motu ⁊ actionibus pꝛimū efficiens eē neqꝫ tamen ꝯcedūt hoc eſſe ſuppoſitum relatiuꝫ neqꝫ negant: et ſi negarent errarent. Actio enim pōt eē ſuppoſiti duꝫ tamen ſit ens ſingulare: ideo philoſophi bene cōcludunt pꝛimū efficiēs eē vnuꝫ et actu ſumme: ſed an ſit cōicabilē vel incōicabile neſciunt. ¶ Ad pꝛimum pꝛincipale ꝙ nō alia realitate. ⁊c. ſed alio cōceptu eſt pater relatiu⁹ / ⁊ pat̄ et pat̄ ens: Dicit ergo illud aliud in ꝯceptu eſt ad ſe non includens relationem: dico ꝙ eſt ꝯceptus idifferens nec includens ad ſe formaliter: nec ad alterum. ¶ Ad aliud cum dicitur ſi nulla relatio eēt eſt nunc ibi: dico ꝙ hoc eſt falſum: q꜄ tunc eēt ibi incōpoſſibilis cū incōpoſſibile: ⁊ nichil tal̄ ē ibi. ſed q̇cquid eſſet ibi per naturā eēntie: potentia illa ꝓpoſ. eſſet repugnās. ¶ Ad aliud cum dicitur: oīs res ad ſe ſubſiſtit. ⁊c. Dico ꝙ Augu. ſic intelligit ꝙ ſubſtantia ſit nomen abſolutū: ſicut dñs: et ita fuit vſitatum tempoꝛe ſuo: nunc autē alit̄: q꜄ pꝛopꝛie dicit̄ ꝙ ſunt tres res relate. ¶ Ad aliud ꝙ actio eſt ſuppoſiti vt vltimati denominati: et ſic eſt creatio patris et filij et ſpūſſancti: tamen magis adequate dicitur ꝙ hoc deus creat q̄ꝫ pater vel filius: q꜄ cōmune magis adequate dicitur de cōmuni q̄ꝫ de aliquo inferioꝛi: ideo nō pꝛimo dicitur pater creare: hoc ē non adequate: ſed pꝛimo hoc eſt / ſicut vltimati denominati tam pater q̄ꝫ filius. ¶ Ad aliud dico: ꝙ non eſt ſimile de actione eſſentiali et notionali: q꜄ non diſtinguit̄ per eſſe a ſuppoſito abſoluto ⁊ relato: ſed actiones eſſentiales ſunt per mere pꝛincipium eſſentiale: ſed notionales non: ſed a pꝛincipio vt eſt in ſuppoſito non habente conditiones repugnantes actioni. ¶ Diſtinctio. xxvij. ¶ Q̄ō. j.

CIrca hanc diſtinctionē q̄ritur pꝛimo vtꝝ ſit eadem relatio paternitas et generatio actiua. Q̄ non. Relatio de ſecundo modo fundatur ſuper actionem ⁊ paſſionē: igitur paternitas nō eſt eadē relatio cum generatione actiua. ¶ Confirmatur: generatio i creaturis differt realit̄ a pat̄nitate. ġ iſta trāſlata ad diuia differūt formalit̄. Itē: pat̄nitas ē pōꝛ gñatiōe: q꜄ ꝯſtituit ſuppoſitū pr̄is. nō ġ idem. ¶ Itē: actio eēntial̄ nō ē eadē relatiōi ad ex̄: ġ nec actio notionalis relatiōi ad itra: añs patꝫ: q꜄ actio ad ex̄ ē actio eſſentialis: et realis relatio ad ex̄ ē relatio rōis: ġ nō ſūt idē. ¶ Oppoſitū: magiſter i lr̄a dicēs: ꝙ iſte ꝓꝓzietates ſūt eedē. ¶ Itē: diuerſe relatiōes nō ſūt ꝯſtitutiſ eiuſdē ſuppoſiti: ſꝫ gñatio cōſtituit i eē ſuppoſibili p Aug. de fide ad petrū ſcōo et pat̄nitas cōſtituit p hyla. xij. Itē: p̄dicatio vni⁹ de alio ē vā ī abſtracto pat̄nitas ē gñatio: igit̄ ſūt idē. añs pꝫ: q꜄ hec ē p ſe ꝓ ꝗ ē gñans ſꝫ qñ ꝯcretū de ꝯcreto p̄dicat̄ p ſe ⁊ abſtractū de abſtracto: ꝯña pꝫ q꜄ p̄dicatio abſtracti d abſtracto ē toſal. Et ad qōnē ꝙ relationē eē aliā ab alia ꝯtigit dupl̄r: vel ſcōꝫ

rem vel ſecundū rationē. Primo modo non differunt iſte relationes: ſed ſecundo modo. Primum patet: quia relatio importat comparationē ad fundamentū ⁊ ad obiectū. in cōparatiōe ad fundamētum nō differunt relationes in diuinis reales: quia oēs fundant̄ in vna ⁊ eadē eſſentia: ſed in cōparatione ad obiectū poteſt alia relatio differre in ordine ad oppoſitū: qꝛ a fundamēto habet ꝙ ſit res: ſꝫ ab oppoſito ꝙ ſit alia: nec autem ordo poſitiue in patre non dicit niſi ad genitum: ſed paternitas et generatio actiua in ordine ad genitum non diſtinguūtur realiter. ſcḋm patet: ſcꝫ ꝙ diſtinguntur rōne qꝛ ordo generantis ad genitum eſt: qꝛ ſecūꝫ habet filiū ſcḋm hylariū. ix. de trini. ⁊ ſcḋm Auguſtinū v. de tri. vi. eo eſt pater quo eſt ſibi filiꝰ: ſic ergo paternitas inter ꝯpletū fundat̄ ſuꝑ genitū. ¶ Item: aliter poteſt cōparari prout ordo accipitur ꝑ actū vel ſcḋm potentiam / vel ſcḋm ſpeciē: ⁊ ſic differūt iſte relationes reales: qꝛ proprietas ſub vna relatione precedit ſeipſam ſub alia ratione: ⁊ vna proprietas ſub vna relatione precedit aliā ſub alia ratione vt in genit꜡ paternitatem: ⁊ vna proprietas ſub vna etiā ꝯſtituit ſub alia nō qꝛ alia relatio hēat diffinitionē ⁊ realitatē. Probatio: qꝛ ſi fundamentū eſt cauſa in aliquo genere eſſe qḋ eſt relatio realis ergo in eodē gn̄e eſt cauſa ꝙ hec eſt realis: ergo et ꝙ diſtinguit̄ ab alia. ¶ Item: om̄e ens ab eodē habet vnitatem ⁊ diſtinctionem. iiij. Metha. ergo ab eodē hꝫ realitatē et diſtictionē: ergo eodem genere principij etiam aliquid cauſa vnius ⁊ alterius.

¶ Contra: illud qḋ dicit ꝙ in cōparatiōe ad fundamentum nō differūt realiter: hoc non pōt intelligi niſi qꝛ ſunt idē in fundamento: ergo nō differūt realiter vt ſunt in genere: vel nullo modo differūt vt ſunt in fundamento: vel tm̄ re: ergo vt ꝯſtituūt perſonas nullo modo differunt: qꝛ ſcḋm iſtum moduꝫ vt ſunt in eēntia ꝯſtituunt ꝑſonas. ¶ Aliud dubiū eſt: qꝛ ipſe ponit eſſentiā principiū quo ſꝫ agentem opꝫ habere ex natura rei eēntiā vt determinatam ꝑ relationē: ergo ꝑ ſe relatio eſt determinans aliḋ De ſecundo mēbro ꝙ diſtinguātur ratione ipſe dixit prius ꝙ non differunt in fundamento: qꝛ idem fundamentū eſt realitas oīm relationū: ſed generaſſe nō eſt eſſe. ergo cū ipm̄ ſit fundamētū primū ꝑ cū aliḋ pōt eē fundamentū primū huiꝰ relatiōis et illius. ¶ Item: concipiens generaſſe cōcipit ipſum ſub ratione relationis originis: ergo concipit ipſum ſub rōne obiectiua fundandi relationē originis. ¶ Item: cōtra aptitudinē quam ponit aptitudo non eſt de ſe incōmunicabilis: aut ergo eſt incōmunicabilis qꝛ ad terminū: ⁊ tūc prius eſt incōmunicabilis in illo termino / aut incomunicabile ꝓpter formam: ⁊ tunc prius eſt incōmunicabilis ī iſta forma. ¶ Item: vbi eſt per ſe ordo: magis differt extremum ab extremo ꝙ a medio ſi ibi ponitur aptitudo potētia actꝰ: ergo paternitas: igitur primꝰ fundatur paternitas in alio ꝙ̄ i aptitudie. ¶ Dico ad queſtionem tenendo concluſionem ſuam ꝙ iſte relationes non ſunt alie ſcḋꝫ rem: qꝛ ſcḋm Damaſ. iij. ca. vnaqqꝫ ẏpoſ. propriam habet modum quem poſſidet incōmunicabilē: quē tractat Ricardꝰ. iiij. de trini. xv. ſed quelibet perſona vna habet vnum modum incōmunicabilē habendi numerū diuinū. ſed paternitas eſt modus habendi patris: ⁊ generatio actiua ſimiliter: ergo eſt eadē proprietas ſecundū rem. ¶ Item: illud non eſt relatio originis inter perſonas: quo poſito nichilominus eſſet perſona perfecte producens: et alia perfecte producta: ſed ſi ſunt alia et alia proprietas ſcḋm rē circūſcriptam: vtraqꝫ vna perſona eſſet perfecte ꝓducens et alia ꝑfecte producta. Aſſumptū patet ꝯtinuādo generationem ꝑfecte habebitur perſona ꝓducta et producens: ergo ſi paternitas eſt alia ipſa circūſcripta vtraqꝫ ꝑſona ꝑfecte manebit. Similiter ſi concipitur paternitas circūſcripta generatione ſi ſit alia: ergo vna ſufficit. ¶ Item: vna perſona tm̄ vno modo accipit naturam: ſi eniꝫ duobus modis acciperet: vel vterqꝫ modus eſſet imperfectus vel idē acciperet bis eſſe. ſed filius perfecte accipit naturā: ita ꝙ generatio paſſiua ⁊ filiatio dicunt vnuꝫ modum accipiendi naturā: ergo generatio actiua et paternitas dicunt vnum modum dādi. Sꝫ quo modo eſt hoc poſſibile ſi eſſet ibi vt actio et paternitas: vt cōſequens actionē ſicut in creaturis difficile eſſet: ſed actio ꝑdicamēti: vel eſt forma vel eiꝰ reſpectus extrinſecus adueniens. Si ſecundo modo non conſequitur extrema poni in eſſe ꝙ reſpectus non poteſt magis conſequi rem ꝙ̄ ſi cōſequatur fundamentum poſito termino: ſed ille reſpectꝰ eſt de genere relationis: ſed reſpectus extrinſecus adueniens non ſic conſequitur actio: ergo iſto mō non in diuinis ad intra. ¶ Ulterius: agens poteſt habere cōparationē ad tria: vel ad ꝓductum / vel ad foꝛalē terminū vel ad paſſū: ſꝫ reſpectꝰ extrinſecus adueniens non poteſt eſſe agens reſpectu producti: nec ad formalē terminū: ꝙ̄ tm̄ eſt reſpectꝰ ad paſſum: nullus talis reſpectus eſt in diuinis cū nichil ſit ibi paſſiuum vel patiens: hoc idē patet de actione ſcḋm auctorē ſex principioꝝ. Actio eſt ſecundū quā agere dicuntur i id qḋ ſubijcitur. ⁊ dicit poſt dico autem actionem non ad qḋ ſed in quod: et poſtea naturalis proprietas eſt ex ſe inferre paſſionem: idem predicabiliter calefacere et calefieri ⁊c. ¶ Item: ſi actio ⁊ paſſio dicuntur reſpectus et reſ. mutuꝰ. ergo ſi actio eſt forma abſoluta non de genere relationis: ergo non eſt notionale in diuinis: qꝛ nichil abſolutuꝫ notionale. ſi actio eſt reſpectus: igitur eſt paſſum: ⁊ neutro iſtorum modorum poteſt eſſe in diuinis. patet ꝙ generatio in diuinis non eſt actio de genere actionis ad intra. Ex hoc videtur ꝙ doctor debet ponere ꝙ generatio et paternitas ſunt alie proprietates: qꝛ ponit paſſiuū in diuinis: vel quaſi ergo haberet ponere generationem eſſe actionem de gn̄e actionis. ¶ Item: ſicut ſuperius argutum eſt quādo creatum depēdēs ad agens prius reſpicit agens paſſum ꝙ̄ agat: ergo generatio ſcḋm ꝙ actio de genere actionis nō eſt in diuinis tm̄ ergo eſt ibi ſcḋm rationeꝫ realem falſum patet ꝙ iſta differunt ratione. aliqua ei poſſūt diſtingui dupliciter. vno modo ꝙ̄uis vterqꝫ cōcep=

tus ſit eque ſingularis ⁊ eque ꝓprius ſic diſtingui
tur generatio ⁊ paternitas. intellectus enim ex col
lōne concipit formam quaſi in fieri ⁊ habēs formā
quaſi inferi⁹ vlterius poteſt intelligere formam vt
incōcrete vt infert dans eſſe ſic poteſt intelligi ge=
neratio vel vt in cōcrete vt paternitas ⁊ ſic poteſt
ſignificari ꝑ verbum neutrum ſicut per concretum
ſicut ſol lucet hoc ē ſol eſt luminoſus accipiendo lu
cem pro actu. ꝑrimo ⁊ ſic viuere ē eſſe animatū ⁊
ſicut eſt de iſtis ſic de omnib⁹ accidentibus. vñ pa=
ternitas importat formā vt inconcrete ⁊ ſunt iſta
quatuor per ordinem ſcđm rationem generare ge=
neratio pater paternitas. ⁊ ſicut poteſt concipi cō
ceptus primus ſic ⁊ alij conceptus. Alia eſt differē
tie relatio ſecundum magis commune ⁊ minus cō
mune in cōceptu ꝙ poſſumus abſtrahere ſubſiſtēs
⁊ generans ꝓducens ⁊ relatum habens ſecum ꝓ=
ductū ⁊ iſti ꝯceptus tm̄ ab eadem re accipiunt̄ et
duo conceptus quorum vnus non includit āliũ ⁊
in tertio conceptu poſſunt conuenire ⁊ ſunt om̄es
iuxta conceptus cōmunes ſimiles in creaturis.
¶ Ex hijs conſequitur ꝙ hec paternitas non ꝓce
dit hanc generationem neqȝ econtra. iō nulla que
ſtio vtrū pater hac paternitate generet vel hac ge=
neratione. vñ cum Auguſtin⁹ dicit eo ē pater quo
eſt ei fili⁹ ⁊ eo eſt filius quo eſt ei pater non interue
nit circulatio: ſȝ ꝙ relatiua ſunt mutuo. Aliter eīm
eēt circulus in cauſis qđ eſt ipoſſibile ex quo nullo
modo differunt realiter non eſt querendum ex pte
rei que precedit que ſequit̄: ſed qꝛ differunt ratiōe
iō conuenienter queritur que ratio ſit prior ⁊ dico
ꝙ prior eſt forma vt in quiete: ſecundum rationē ꝙ̄
forma vt in motu. Et qꝛ ſecūdo differunt ſecundū
rationem in iſta differentia rationabiliter querit̄ q̄
ratio prior ⁊ dico ꝙ ſecundum rationem prior ē cō
ceptus ſubſiſtentis vel ꝑ ſe ꝙ̄ ratio producentis et
ratio ꝓducentis prior ꝙ̄ ratio relati habens ſecū
productum. ¶ Ad primum principale nego antece
dens. Nō enim plus fundatur paternitas ſup hanc
generationem ꝙ̄ diuinitas ſup eſſentiam. vñ dico
ꝙ nulla relatio de ſecundo mō fundat̄ ſuper actio=
nem ⁊ paſſionē / qꝛ ſi ſic ergo eſſet reſpectus ad idē
precipue ad qđ eſt reſpectus agentis: ſed hoc eſt ad
paſſiuum ⁊ nullus reſpectus ad paſſiuū eſt de gene
re relationis. Quare ergo dicit philoſoph⁹ relatio
nem ſic fundari. Dico ꝙ non dicit hoc phs: ſed ma
le exponit eū. vnde dicit philoſophus eorū que ſe=
cundum potentiam actionem ⁊ paſſionem. ⁊c̄. hoc
eſt omnes relationes de ſcđo modo fundantur in
potentia hoc ē ſuper formam que eſt abſoluta ⁊ ter
minus formalis producti ⁊ ſic intelligit ſecundum
actionem: ita ꝙ non notat ibi niſi aña ⁊ ipſa rela=
tio ſequitur actionē tempore; qꝛ poteſt aliquis ge
nerare ⁊ mori añ formationem fetus ⁊ tunc poteſt
generare ⁊ nūꝙ̄ eſſe pater. ḡ non eſt fundamentum
paternitatis / qꝛ ſemꝑ generare eſt preteritum añ ꝙ̄
actu ſit paternitas in creaturis ⁊ nō fundatur rela
tio in actu in non añ in actu. Actio ergo ⁊ paſſio ꝓ
cedunt aliquando tempore aliquādo vt diſpoſitio
nes prime ⁊ ſic dicunt̄ relationes de primo modo
ꝑ

ſequūt̄ actionem ⁊ paſſionem ⁊ ſemper fundantur
in forma abſoluta agentis vel paſſi. ¶ Ad cōfirma
tionem cum dicit̄ que diſtinguūtur re in inferiori=
bus diſtinguūt̄ re in diuinis: verū eſt ſi ſint ibi: ſed
dictum eſt ꝙ nulla actio de genere actionis eſt ī di=
uinis neqȝ ſilr̄ actioni. ¶ Ad aliud. actio eſſentia=
lis non eſt relatio ad extra. ḡ nec actio notionalis
eſt relatio ad intra non ſequit̄ / qꝛ eſto ꝙ deus trāſ=
mutet aliquod tranſmutabile realiter vel infunden
do gratiam in anima tūc reſpectus eſt ād tranſmu
tabile que ē relatio realis non eſt iſta actio realis q̄
traſmutat tranſmutabile / qꝛ illa actio poteſt eē de
genere actionis / qꝛ ibi poteſt habere paſſiuum: ſed
ad intra nichil poteſt eē paſſiuū. ideo ad intra nul
la ē actio de genere actōis. ¶ Uel aliter dico ꝙ cre
atio non eſt niſi actio rationis ſic ne relatio dei ad
creaturam niſi relatio rationis / ⁊ cum dicit̄ deus
realiter agit dico ꝙ verum ē ita ē realiter domin⁹.
Sȝ hoc poteſt intelligi dupliciter. vel quia ī re ita
ē ⁊ ſic realiter agit. vel ꝙ realiter agit dicat realita
tem extremi. ⁊ hoc dupliciter. vel vt dicit realita=
tem ex pte creature ⁊ ſic eſt vera deus realiter agit
vel realiter ex parte dei ⁊ ſic eſt falſa. ¶ Ad aliud
dico ꝙ impoſſibile eſt ſuppoſitum eſſe prius actio=
ne vbi cōſtituitur actione.

VTrum verbum in
tellectus creati ſit intellectio a
ctualis. Q̄ nō. Auguſt. viij. de
trini. x. dicit cum vidi carthagi
nē. ⁊c̄. fantaſia eius ē in memo
riam mea ē verbum eius: ſȝ hec
non eſt actualis imaginatio. ḡ
nec ſic verbum intellectus intellectio actualis.
¶ Item. xv. de tri. xi. verbum qđ foris ſonat eſt ſi=
gnum illius verbi quod intus lucet: ſed illud nō ſigni
ficat actualem intellectionem. Sic eīm quelibet af
firmatiua eſſet falſa vbi non ꝑdicatur idē de ſe. a=
lius eīm eſt conceptus hoīs. alius conceptus aīalis
¶ Item: Auguſ. xiiij. de trini. vltimo verbum ē ꝓ
les mentis: igit̄ producitur: ſed intellectio non pro
ducitur cum ſit actio ⁊ actiōis non eſt actio. ¶ Op
poſitum. Auguſ. ix. de tri. vltimo. noticia eſt ymā=
go trinitatis. ⁊c̄. et. xv. de tri. xii. vel idē ⁊ in ſermo
ne quodam de beato Johē baptiſta. dicit vnus do=
ctor ꝙ intellectus noſter prīo informatur noticia
ſimplici ⁊ poſtea eſt cōuerſio ad ſe nudum et tertio
⁊ vltimo eſt ⁊ notitia declaratiua que ē notitia de=
nomiatiua. ¶ Cōtra ſi generet̄ notitia declaratiua
ab itellectu informato notitia ſimplici: aut ergo dū
manet prima noticia ⁊ ſic noticie ſimul erunt ī in=
tellectu quod eſt inconueniens / quia aut ſunt duo
vnius rationis ⁊ tunc duo eſſent rationis ſimul in
eodem. aut alterius rationis. ergo prior eſt imꝑfec
tior ꝙ̄ ſecunda. ergo nec ꝓducit ſecundam / qꝛ imꝑ
fectius non ꝓducit perfectius. Si prīa noticia nō
manet qñ producit̄ ſecunda. ergo ſecunda generat̄
a nō ente. ¶ Itē: intellectio actualis eſt ꝑfectio in=
telligētis: gignere verbū eſt actio memorie. xv. de
trini. xij. Si fili⁹ ſol⁹ eēt intelligentia pater nō itel

ligeret.ergo.ꝛc. Item:ꝙ nō ſit neceſſe conuerti ſic
ad intellectū nudū. probatio ꝙ actus rationis po
teſt eſſe perfectioꝛ ꝙ̄ aliquis reflex⁹/qꝛ actus ille q̄
quis videt deum habet obiectum ꝑfectius puta eſ-
ſentiam diuinam ꝙ̄ aliquis actus reflex⁹ etiam in
nobis act⁹ rationis habꝫ pꝛo obiecto quidditatem
rei:ſed actus reflexus actum intelligendi habet ꝓ
obiecto.ergo non ſic conuertit intellectus pꝛopter
perfectionem in actu reflexo. ❡ Item. Aug.xv. de
trini.xv.ꝙ nunc eſt foꝛmabile tunc eſt foꝛmatum.
❡ Item: Similem habitudinem habet potētia ad
quodcunqꝫ obiectum: ita ꝙ ſi eſt paſſiua reſpectu
pꝛimi obiecti ꝛ reſpectu cuiuſcūqꝫ. ḡ qualē habitu
dinē habet ī noticia ſimplici ad obiectū ſic reſpe
ctu cuiuſcūqꝫ noticie: ḡ cū intellect⁹ ſit mere paſſi-
uus per eū in noticia ſimplici ḡ ꝛ reſpectu noticie
declaratiue. ❡ Dico ergo ad queſtionē pꝛimo iqui-
rendo q̄ ſit res cui conuenit nomen verbū ſicut phi
loſophus.ii. ethicoꝝ inquirendo de virtute q̄ res
ſibi coꝛreſpondet. pꝛimo remouet ea quibus non cō
uenit.ſecundo cui tribuendū ſit nomen. Pꝛimo er-
go inquirendum eſt de genere.ſecundo de differē-
tia. Tria ponit Augu.de verbo.ꝙ verbum ē actus
intelligētie.ix.de tri.vltio.et.xv.de trini.xij.ꝙ ver
bum ē genitum a memoꝛia ꝛ mens non eſt perfecta
ſine memoꝛia. ꝛ.xv.de trini.recitat vtrūqꝫ. Secū-
do ponit ꝙ verbum non manet niſi dum ē actualis
cogitatio.v.de trini.xv.cap.iii.ponit ꝙ eſt ꝑtinens
ad ſecundam perſonā in diuinis a mēoꝛia ē.ḡ ver-
bum actus intelligentie a memoꝛia genit⁹ non ma
nens niſi dum ē actualis cogitatio ꝑtinens ad ſecū
dam ꝑſonam in diuinis. ꝛ ꝓꝑ ſimilitudinem verbi
diuini inquit Aug.verbū noſtrum verbi generatio
non ꝑtinet ad voluntatem neqꝫ ad memoꝛiam pꝛe
cipue/qꝛ tunc poſſet eſſe ꝑmanens: ſed foꝛmaliter
pertinet ad intelligentiam.ſcḋꝫ hoc ſunt quinqꝫ o-
piniones.ponēdo ꝙ verbum eſt intelligentia vl' ꝙ
ſit ſpecies pꝛioꝛ actu vel ꝙ ſit act⁹ ſolus vel aliquis
conceptus foꝛmatus.quarta ꝙ ſit intellectio paſſio
cauſata ab intellectione actiua.vel quinta ꝙ ſit ob
iectum vt intellectum. ❡ Cōtra iſta ſi ſit ſpecies:āt
erit eiuſdem rationis cū ſpecie in memoꝛia et tunc
ſunt due ſpecies eiuſdē rationis ſimul in eadēꝫ po-
tentia.aut nō eiuſdem rationis:ꝛ ſic pꝛioꝛ eſt impꝛ-
fectioꝛ ꝛ ꝑ ꝯſequēs nō gignit perfecti⁹ vt argumē
tatū eſt ſupꝛa.etiā altera ſuperflueret. ❡ Item Au.
v.de tri.nichil eſt in pꝛole qḋ non in parente. ❡ Cō
tra q̄rtā opinionē itellectio paſſiua creata ab intelle
ctione actiua non eſt niſi quedam foꝛma ſimplex
ergo duo reſpectus ibi non faciūt duas res ſicut ca
loꝛ vt ab agente ꝛ vt in ligno nō eſt due res. ❡ Cō
tra opinionem illam de intellectu foꝛmato impoſ-
ſibile ē intelligere actionem de genere actionis et
non tm̄ accipere eſſe per actionem.ḡ cum intellige
re ē ꝛ non q̄litas actio de genere actiōis ꝑ intellige
re nichil accipit eſſe. ❡ Contra hoc arguit Ariſto
teles.iiii.ethicoꝝ.ii.vel.iii.cap.dicit ꝙ non valet ſi
dilectio non qualitas.ergo non eſt bona: ſic eni ꝙ
operationes virtutum neqꝫ qualitates ſunt non tm̄
ſunt bone. ❡ Dico ad illud ſecundum ꝯmentatoꝛeꝫ
ibidem operatio virtutis eſt motio operatiua. vn-
de operationes virtutum ibi accipiuntur ꝓ opera
tione de genere actionis. vñ elicere operationem
eſt actio de genere actionis. Secūdo poteſt dici ꝙ
philoſophus non negat delectationē eſſe qualita-
tem:ſed dicit ꝙ eſt velociter moueri ad delectatio
nem vel tarde:ꝛ per conſequens delectatio non eſt
relatio.neqꝫ actio:neqꝫ paſſio cū terminet. vñ dicit
philoſophus ꝙ operationes non magis ſunt qua-
litates ꝙ̄ delectatio/imo minus vident operatōes
virtutū qualitates ꝙ̄ delectatio ꝓꝑ hoc ꝙ habent
cōditiones ſimiles actioni de genere actionis ſic ꝙ
non ſunt qualitates ḡ tum ad hoc. ❡ Contra aliaꝫ
opinioneꝫ de obiecto. Nulla pꝛoductio interioꝛ eſt
circa obiectum niſi ꝙ realis actio ē circa id in quo
obiectum hꝫ eſſe itelligibile.ergo.ꝛc. ❡ Dico ergo
ꝙ verbum ē actualis cogitatio. Si em̄ intellectus
poſſit ſtatim notificare alteri abſqꝫ memoꝛia non
aſſumeret ſignum:ſꝫ aſſumere ſignum non eſt emiſ
ſio anhelit⁹ ſic vel ſic:ſꝫ iſte ſonus ꝓduct⁹ ſic articu
latus eſt verbum vocale ꝛ ſic verbum imaginabile
ſibi coꝛreſpondet ꝛ verbū mentale ꝙ eſt quoddaꝫ
